Matthiae Tilingii, ... Anatomia lienis, ad circulationem sanguinis, aliaque recentiorum inventa, accommodata.

Contributors

Tiling, Mathias, 1634-1685

Publication/Creation

Rinthelii : Impensis Thomae Henrici Hauensteinii, typis G. C. Wächter, 1673.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ec6fkrxj

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


M. MALPIGII

ANATOMIA LIENIS.

1673







The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

TILING, M.

65858/A
J J d 1
B 2 29
XII 2

MATTHIÆ TILINGII,
Doct. & Med. in Academia Hasso-Schaumburgica, quæ est Rinthelii ad Visurgim, Prof. P. Ord.

ANATOMIA LIENIS,

Ad circulationem Sanguinis, aliaque Recentiorum Inventa, accommodata.



RINTHELII,
Impensis THOMÆ HENRICI HAUENSTEINII, Bibl. Hannover. Hildensiens. & Cellensis
Typis G. C. Wächteri Acad. Typ. An. 1673.

LONDON MEDICAL SOCIETY

Serenissimo ac Celsissimo Principi ac Dn.

DOMINO CAROLO,

HASSIÆ LANDGRAVIO; PRINCIPI HERSFELDIÆ; COMITI CATTIMELIBOCI, DECIÆ, ZIGENHAINÆ, NIDDÆ ET SCHAUMBURGI, &c. &c.

Principi ac Domino suo Clementissimo

Salutem ac perennem felicitatem!

Serenissime ac Celsissime Princeps, Domine Clementissime.

QUod olim *Hippocrates*, summus ille Medicinę dictator, *sect.* 1. *aph.* 1. de universa Medicina dixit, quòd nostrum judicium in ea sit difficile; hoc ego jure merito de solo Lienis usu affirmare possum, quòd scilicet judicium nostrum in eo indagando

gando maximè difficile sit. Est quidem tale judicium, quod circa morborum Διάγνωσιν, πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν versatur, admodum difficile. Quædam cum in aquam demissa sunt, speciem curvi præfractique sæpè reddunt. Sic animus noster ad perspicienda vera caligat, non solùm in arte ipsa discenda, sed etiam facienda & exercenda. Ast judicium, quod sæpius nobis de veroLienis usu est ferendum, non difficile modò est; ve-

rùm omnes etiam difficultates, quibus Medicina vel Anatomia unquam obnoxia fuit, facilè superare videtur.

Hînc cum usum ejus accuratâ mentis acie perstringere volumus, necessum nobis est, ut cum subtilissimo *Scaligero* exclamemus: *Nos in luce rerum tenui caligamus, in mediocri coecutimus, in majore coeci sumus, in maxima insanimus*; Et videtur nobis esse in sylva quadam ignota, ubi nec arbores cognoscamus, aut

viam

viam investigemus, nec cœlum ipsum aut lucem intueri possimus.

Usus & actio Lienis fuit certè ab ipsis Medicinæ primordiis inter omnes Anatomicos ac Medicos, maximè tamen Recentiores, pomum Eridos. Et tot hîc audimus sententias, quot ferè cœlum astra habet. Genuinum namque Lienis usum per totius Medicinæ ætatem nondum satis investigatum esse, verissimè quilibet sagaciss-

mus

mus naturæ perſcrutator fatebitur, licèt omnes, quotquot de Liene ſcripſerint, in hoc eruendo mirè deſudârint. Neque ulla alia quæſtio in deſcribenda animalium Oeconomia reperitur, quæ majoribus unquam agitata ſit contentionibus, quam hæc ipſa, quæ eſt de uſu Lienis. Et tantùm abeſt, ut hoc falſum ſit, ut potius omnium veriſſimum, adeò quidem, ut ſuaſu doctiſſimi ac acutiſſimi *Lindani* adhuc bono conſilio extricandas

das, Parlamenti, ceu Concilii Principum ac Procuratorum populi Medici convocatione opus esset. Idque satis appositè; tantis enim difficultatibus atque scrupulis scatet, ut plerique sagacissimi etiam ab eo aberraverint. Alii planè nullum cognoverunt Lienis usum. Alii melancholici excrementi receptaculum ipsum vocârunt; alii medium observantes, alicui tantum usui dicârunt; fermentationē nimirum sanguinis, coctionem succi crassi & me-

lancholici, & quæ sunt hu-
generis officia alia ei ad-
scripserunt.

Nec accurata partium
ejus inspectio usum hunc
aliquo modo illustrare va-
let. Partium enim munia
& actiones non perpetuò
ex diligenti & perspicaci
organi inspectione inno-
tescunt, cùm natura exi-
guis machinis, hisque sim-
plicibus, miras, ultra hu-
mani ingenii captum, edat
operationes, ut contingit
in musculis, ex quorum
simplici structura tanta

im-

impellendi vis emergit, ut nisi eam sensibus attingeremus, incredibilis videretur. Aliud etiam occurrit, quod magis dolendum; cognitionem, quam hucusque homines instrumentorum etiam ope tenent, adeò hebetem & rudem esse, ut minimum illud organicum, quo naturæ maximum emergit, adhuc nos lateat; quare difficilimum videtur ex accurata etiam partium inspectione emanantem usum prædicere. Illud

tan-

tantùm nobis relinquitur, ut in cæteris humanis progressibus accidit, phænomenorum & effectuum variâ observatione, agentium vim, & determinatam causarum energiam colligere; solent autem ob multiplices, quæ conjunctim in animali promuntur operationes, mixturam habere; ideò non rarò nos fallunt. In viventibus ergò vigente salute ita natura operatur, ut nobis non imperantibus, & quasi perennanti illo habitu

con-

consopitis, variæ nostrarum partium operationes emergant. Ventriculus, nobis etiam nolentibus, concoquit, commixto liquido adhuc ignoto; dormientibus nobis, bilis separatur, renes cribrant, & musculi moventur; vigilantes eorum, quæ etiam nolumus, recordamur, multorum nolentes obliviscimur, ita ut sit locus *Pliniano* dicto: *ignota nobis sunt per quæ vivimus.*

Cùm ergò Lienis usum semper tantis difficultatibus

bus irretitum viderim, mentem quoque meam de eo sub peculiari aliquo Libro, qui Anatomia Lienis dicitur, exprimere, mecum constitui. Usus, quem ipsi in hac Anatomia tribui, non communis, sed ferè singularis est; quem tali modo Anatomicorum nemo ipsi hactenus adscripsit; quare etiam hanc Anatomiam ita institui, ut in omnibus veris de sanguinis circulari motu fundamentis sit conformis. Materiam quidem

spi-

ſpinoſam & maximè intricatam elaboravi; ejus attamen gravitas, prolixitas, & tot Autorum diſcrepantes ſententiæ me nunquam ab hac abſterruerunt. Labores habui graviſſimos; verùm omnes tandem læto animo ſuperavi, non immemor magni illius mundi domitoris *Alexandri Magni.* Is cum acceſſiſſet aliquando petram aliquam, deque ejus obſidione jam tùm meditatus fuiſſet, perſpectâ loci ipſius difficultate, ſecum conſti-

tuiſſe

ruisse fertur, inde rursus a-
bire. Sed mox incesit ani-
mo ipsius cupido naturam
quoque fatigandi. Prius i-
taque quàm fortunam ob-
sessionis experiretur, dele-
ctos suos milites, ne despe-
rarent de victoria, neque
crederent petram inexpu-
gnabilem esse, hisce allo-
quutus est verbis: *Nihil*
tàm altè natura constituit, quod
virtus non possit eniti.

Hanc ergò Anatomiam
Lienis, Serenissime ac Cel-
sissime Princeps, Domine
Clementissime, ad Sere-
niss.

niſſ. Celſ. Veſtr. pedes in gra
ti animi pro multis à Sere-
niſſ. Celſ. Veſtra in me col-
latis beneficiis τεκμήριον, eâ,
quâ par eſt, reverentiâ de-
pono, humillimè rogitans,
ut illam ſereno ac placido
vultu, vel, ut omnia ſoiet,
benignè accipiat, & Veſtro
ſub Præſidio prodire gra-
tiosè permittat, improbi-
que livoris dentem, ne vi-
rulentus infigi valeat mor-
ſus, Sereniſſ. ac Celſiſſ. Ve-
ſtrâ autoritate fortiter reji-
ciat, ac me ulteriori favo-
re & gratiâ complecti non
dedignetur.

DEUS ter Optimus Maximus Sereniſſ: Celſitud.. Veſtram diutius ſalvam & incolumem præſtet, felici regimine beet, totque bonis tàm animi quàm corporis cumulet

Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores,
Quotque ſoporiferum grana papaver habet,
Sylva feras quot alit, quot piſcibus unda natatur,
Et tenerum pennis aëra pulſat avis.

Dabam Rinthelii
è muſeo meo die 1. *Martii Anno* 1673.

SERENISS. CEL-
SITUD. VESTRÆ

Subjectiſſimus
Matthias Tilingius
Med. U.D. & P.P.

QUod de LIENE opus TILINGE moliris,
Hoc nomini, auguror, tuo dabit multum.
Librorum abunde est; Non tamen vias clausæ
Doctis cerebris plurima ad nova inventa,
Vel, quæ vetustas protulit, novâ luce
Ornanda. Prodeat liber tuus faustis
Sideribus, & diu Vale, diu Vive!

Ita festinanter vovet

G. W. Molanus.

TILLIng, qVI non es petULanti
SpLene CaChInno, * Pers: Sat. I.
De SpLene ast perrò sCrIbere DIa
CUpIs.
O indefessum Ingenium! Sic itur ad astra:
Sic TUA nostra atas posteritasque
ieget. (tulor ausus!
Gratulor hunc animum TIBI: claros gra-
Det TIBI pro meritis optima quaque
Deus! (perta:
Perge novo inventu vulgare antiqua re-
Perge simul morbis ferre potenter opem,
Et bene de nostra RINTHLENSI per-
ge mereri:
Stat TIBI jam parta laude perennis
honos.

Excellentissimo TILLINGIO, Medico famigeratissimo, Dno Collegæ & Fautori honoratissimo, splendidum de SPLENE Tractatũ evulganti FELICITER adprecatur

DANIEL WILHELMI, Professor, Pastor, & Ecclesiarum Hasso-Schaumburg. Inspector.

Ad Nobilissimum, Excellentissimum, Experientissimum nec non Doctissimum Virum, Dominum Tilingium utriusque Medicina Doctorẽ, ejusdemq; Professorem ordinarium, Authorem libri, Collegam, Fautorem & amicum suum plurimùm honorandum sterili venâ fudit rogatus

Johan. Helfrich Chuno J. U. D.

SUnt qui præfigant vultus in fronte librorum
Et doctâ ponant lumina picta manu,
Scilicet ut cunctis facies ac ora verenda
Sint nota & major inde resultet honos
Nec malè; nam pulchro sicut de corpore virtus (let.
Quæ manat semper pulchrior esse so-
Sic augent famam quæ grata videntur in
Lumina nec parvũ mentis & ingenii (ere
ndiciũ præbent. At tu qui clarus utraq;
Arte rei medicæ est, hisce movere nihil
Non pictâ facie non vultu charta superbit

Nec

Nec curas, fallax quam tibi peniculus
Promittat Venerem, est aliud tibi suppe-
tat unde
Gloria, sunt alia, quéis tua felicius (que
Fama viris doctis animus, mens ingeniũ-
Detegitur. Nempe nomẽ ad astra ferunt
Alta tuum libri & quæ plurima lemmata
nobis (tua
Jam pridem exhibuit, docta Minerva
Et quos sermones iterum nunc lumine
multo (lum
Nectis de splene & quâ queat arte ma-
Illius auferri, Medico quæ cura adhiben-
Et quæ præterea, continet iste liber (da
Nonne tuum verè testantur mentis acu-
men?
Sic nullus dubito. Gratulor ergo tibi
Nec nõ successus dignos conatibus opto
Ac ut vota Deus impleat omnipotens
Nam nova sic scriptis semper tibi gloria
libris
Crescet & alta tuum nomen ad astra
feret.

Dabam Rinthelii ex Musæo
A. 1673. 12. Cal. Mart.

INDEX
Sectionum & Capitum, quæ hac in Anatomia Lienis continentur.

Anatomia Lienis Præfatio, in qua de nobilitate & præstantia hujus visceris in corpore humano agitur.

pag. 1.

Anatomiæ Lienis Sectio I. Lienis admirandam structuram, secundum ejus situm, connexionem, substantiam quantitatem & qualitatem repræsentat.

p. 27.

Cap. I. *Lienis definitionem nominalem examinat. p.* 27.

Cap. II. *Realem Lienis descriptionem seu latè dictam definitionem detegit. pag.* 36.

Cap. III. *Lienis situm ostendit. pag.* 39.

Cap. IV. *Lienis connexionem & consensum cum vicinis partibus exponit. pag.* 50.

Cap. V. *Quæritur primò: An Lien in imo ventre corporis humani nobi-*

lior ac præstantior hepate sit, & an
locus supremus ei debeatur? p. 61..
Cap. VI. Queritur secundò: Cur lb
par potius in dextro, & Lien in
nistro hypochondrio locum habeat
Cap. VII. Quaritur tertiò: Cur in hb
mine, & ad ejus normam in alt
quoque animalibus Lien semper
sinistro hypochondrio situs sit? pag
75.
Cap. VIII. Queritur quartò: utru
situs Lienis in sinistro latere plus i
boris, motuique expediendo pro
ptitudinis huic lateri quam hepa
dextro conferat? pag. 79.
Cap. IX. Lienis substantiam & pr
mùm ejus carnem exhibit. pag. 9
Cap. . Lienis fibras proponit. pag. III
Cap. XI. Lienis membranas illustra
pag. 126.
Cap. XII. Lienis vasa & primùm
jus arterias disquirit. pag. 234.
Cap. XIII. Lienis venas perscrutatu
pag. 146.

Ca

Cap. XIV. *Lienis vasa lactea indagat.* *pag.* 166.
Cap. XV. *Lienis vasa lymphatica pervestigat.* *pag.*173.
Cap. XVI. *Lienis nervos perspicit.* *pag.* 177.
Cap. XVII. *In vasorum Lienis capsulam inquirit* *pag.*186.
Cap. XVIII. *Lienis materiam ac tempus generationis continet.* *pag.*187.
Cap XIX. *Lienis quantitatem continuam ac discretam, & primò ejus magnitudinem perlustrat.* *pag.*190.
Cap. XX. *Lienis numerum comprehendit.* *pag.* 202.
Cap. XXI. *Lienis continuitatem contemplatur.* *pag.* 209.
Cap. XXII. *Lienis qualitates explanat* *pag.* 212.
Cap. XXIII. *Lienis colorem intuetur* *pag.* 214.
Cap. XXIV. *Lienis figuram delineat* *pag.*217.
Cap. XXV. *Lienis superficiem circumscribit.* 223.

Anatomiæ Lienis Sectio II.

Verum Lienis usum in corpore humano certis ac validissimis rationibus temque innumeris ferè autoritatibus demonstrat. pag. 225.

Cap. I. *Veterum & recentiorum Anatomicorum ac Medicorum de usu Lienis opiniones recenset.* pag. 225

Cap. II. *Cogitata Medicorum ac Anatomicorum quorundam præcipua circa Lienis usum enunciat atque examinat.* p. 173.

Cap. III. *Primum ac verum Lienis usum, qui est sanguificare; manifestat.* pag. 293.

Cap. IV. *Alterum Lienis usum; scil. tincturam illam nobilem, quam ipse in se generat, fideliter propalat.* pag. 315.

Cap. V. *Tertium Lienis usum: qui est sanguinem beneficio & ope hujus tinctura nobilis à succis crassis, tartareis, & salinis liberare, eumque*

hâc

hâc ratione purificare, declarat. pag. 323.

Cap. VI. Universæ Lienis compagis auxilium, quod hisce actionibus defert, memorat. pag. 333.

Cap. VII. Tinctura illius nobilis ac singularis in Liene producti nobilitatem ac præstantiam in appetitûs corroboratione chylificatione, sanguificatione, spirituum generatione, nutritione, seminis elaboratione & excrementorum sequestratione pertractat. pag. 340.

Cap. VIII. Lienem non immediatè per certos quosdam meatus partes sanguinis terrestriores, tartaro & salibus sylvestribus imbutas, sed sero copiosiore mixtas expurgare; verùm tincturam ejus coquere, fermentare, digerere ac ita disponere istas, ut postea in singulis corporis emunctoriis, si non unâ vice, crebrioretamen transitu, beneficio circulationis commodius segregari & expelli possint, docet. pag. 367.

Cap. IX. *Vsum Lienis secundarium proponit.* pag. 382.

Anatomiæ Lienis Sectio III.
Lienis affectus præter naturales enumerat. pag. 387.

Cap. I. *Lienis affectus p. n. in intempe-rie & in situ mutato proponit.* pag. 387.
Cap. II. *Lienis affectus in magnitudine aucta vel imminuta p. n. addit.* pag. 392.
Cap. III. *Lienis affectus p. n. in substantia perpendit.* pag. 400.
Cap. IV. *De Lienis affectibus p. n. in unitate soluta, & quidem primò de ejus ulceribus agit.* pag. 414.
Cap. V. *Lienis vulnera examinat.* pag. 415.
Cap. VI. *Veterum* σπληνοτομίαν *rejicit.* pag. 419.
Cap. VII. *Lienis ustionem commonstrat.* pag. 438.

Cap

Cap. VIII. *Ad Lienis symptomata, & primùm ad ejus dolorem progreditur.* pag. 442.

Cap. IX. *Lienem variorum morborum & symptomatum aliarum partium per consensum esse scaturiginem demonstrat.* pag. 445.

Cap. X. *Ventris supremi in corpore humano affectus & symptomata, quæ à Liene ortum trahunt, enarrat.* pag. 448.

Cap. XI. *Ventris medii in corpore humano affectus & symptomata, quæ Lienem primum autorem agnoscunt, profert.* pag 454.

Cap. XII. *Ventris infimi in corpore humano affectus & symptomata, quæ causam radicalem in Liene habent, exprimit.* pag. 456.

Cap. XIII. *Febres, quarum fons Lien est, exprimit.* pag. 472.

Cap. XIV. *Externos quosdam corporis humani affectus à Liene provenientes producit.* pag. 475.

Ana-

Anatomiæ Lienis Sectio IV.

Quæstiones quasdam singulares ad Lien spectantes ventilat. pag. 477.

Cap. I. *Quæritur* (1.) *An Lien sempe sit sedes & causa melancholiæ?* pag. 477.

Cap. II. *Quæritur* (2.) *An Lien pro ver ac proprio subiecto in quolibet scor buto haberi possit?* pag. 484.

Cap. III. *Quæritur* (3.) *An in affectibu Lienis potius in sinistro quàm dextr latere vena sit secanda?* pag. 488.

Cap. IV. *Quæritur* (4.) *An salvatella se ctio in affectibus Lienis eam, qu vulgò jactatur, utilitatem habeat?* pag. 490.

Cap. V. *Quæritur* (5.) *An hæmorrhoi dum & mensium provocatio in affe ctibus Lienis conveniat?* pag. 494.

Cap. VI. *Quæritur* (6.) *An Lienosis u sus aceti conducat?* pag. 495.

Cap. VII. *Quæritur* (7.) *An Lienosis e scorbuticis fontes acidulæ conveni ant?* pag. 498.

Cap

Cap. IIX. *Quæritur* (8.) *An in Lienis ac hepatis obstructionibus chalybis usus prosit? pag.* 500.

Cap. IX. *Quæritur* (9.) *Num etiam moderata quædam ambulatio Lienisit conducibilis? pag.* 508.



Σὺν Θεῷ καὶ νῷ.

ANATOMIÆ LIENIS PRAEFATIO,

In qua de nobilitate & præstantia hujus visceris in corpore humano agitur.

QUemadmodum res humanæ surgunt, cadunt, & rursum, quæ cecidêre, resurgunt, ita & opiniones sententiæq; mortalium de rebus: fuerunt secula, quibus antipodes esse omnes uno ore adfirmabant: successerunt *Augustini* & *Lactantii*

tempora. quibus ii, qui ita ſentiebar
damnabantur; jam rideretur, imò im
nus haberetur, qui negaret: ita de m
tu terræ: & ſolis quiete in Aſtronom
cis, jam probabile eſt, aut ut minimu
tolerabile, quod annis abhinc quinqu
ginta &½ ultra tantùm non inter Ph
reſes computabatur: & quis ſcit, an
lunæ incolis opinio, de quibus jam
ſurrari audimus, non aliquando ma
rem accipiet à tempore probabilitate

In microcoſmo certè eadem eſt ſe
tentiarum varietas: ut de circulatio
ſanguinis taceamus, quæ prorſus nc
videtur ſcientia potius quàm opin
Quid dicamus de liene. Hic olim, nu
tamen ſuâ culpâ, præ omnibus aliis
ſceribus contemptus fuit. De hoc t
altè Philoſophati ſunt homines, ut, i
glectâ planè mirandâ Lienis organ
compage, merum crediderint pondu
quo ſiniſtrum corporis latus dextro co
jecoris præponderantiam, æquaretur.
pud alios nec ad ponderis munia eſt
vocatus, ſed inutile quoddam naturæ

P

ervacaneum, veriusque abscindendum eputatum est; & quoniam veterum solicita fuit cura, naturam in multiplici excrementorum generatione eorumque eliminatione perpetuò retinere, ideò inter viscera, quæ copiosè ad hujusmodi operas destinârunt, non infimum habuit splen locum, cùm ad terrestriorem separandum limum dam nârint. Et certè Lien in partium corporis nostri numero erat abjectissim⁹: Capilli & ungues nobiliori fruebantur conditione. Ex antiquis enī *Erasistratus*, uti narrat *Galenus l.4.d. usu part. c.15.* Lienem frustrà esse factum existimavit; & quoniam natura in utero hepar in dextris conformavit, metuit, ne artis suæ oblivisceretur, ipsa ex sinistris partibus splenem apposuit, volens hac in parte aliquid etiam moliri. *Aristoteles l.3.d.part.animal.c.7.* non nisi ex eventu necessarium esse scribit, licèt trahere aliquando à ventriculo excrementum, illudque conficere voluerit. *Ruffus Ephesius* membrum otiosum vocat & nullius usûs. Alii, & maxima quidem vete-

rum pars hunc pessimi excrementi m
lancholici sedem & receptaculum dix
runt, quasi ipsi cum spurco & cœnc
duntaxat sanguineres esset, & sedes m
lancholiæ existeret, acidoque humc
in ventriculum effundendo pervas bi
ve venosum inserviret. Quod probrc
quibusdam saltem Lieni datum videtu

Quamvis ergò Lienis autoritas oli
fuerit præ omnibus aliis visceribus m
nima ac planè abjectissima, singula
tamen Neotericorum Anatomicoru
industriâ nunc in tali honoris fastig
positus est, ut ferè cum principibus co
poris nostri partibus de nobilitate
præstantia certet. Ea certè est Liem
in corpore nostro præstantia & nobili
tas, ut vel rudis & imperfecta ejus co
gnitio expetibilior sit, quam exquisita
perfecta aliarum partium. Ejusmo
autem præstantia & nobilitas elucesc
maximè ex actionibus, quas perficit. E
enim unumquodque judicatur nobiliu
& excellentius, quo illustrioribus vir
tutibus præditum & præclarioribus de

bus ornatum est; id est, quò est opifex
nctionum nobiliorum, quarum fru-
tus & emolumentum in plures redun-
at. Dicimus, ab actionum præstantia
rgui partis nobilitatem, quia partes
nt in gratiam actionum.

Posthabitis igitur veterum de Liene
omniis, actiones ejusdem nobis repræ-
ntantur manifestiores, nobiliores ac
præstantiores. Quòd enim appeti-
is excitetur, chylusque probè &
liciter in ventriculo ex alimentis
sumptis coquatur, inque sangui-
em commutetur, Lien facit: quòd spi-
itus tàm vitales quàm animales bene in
orde & cerebro generentur, & in actum
scitentur, Lien facit: quod semen in te-
ibus cæterisq; vasis spermaticis præpa-
etur ac perficiatur, Lien facit: quòd san-
uis in universo corpore depuretur, ex-
ltetur ac illustretur, nutritioniq; idone⁹
eddatur, Liẽ facit; hic enim ipse sangui-
em generat, reliquoque sanguini talem
ispositionem tinctura suâ imprimit, ut
jus usus ad omnes actiones obeundas

illustrior ac laudabilior evadat. Qui denique etiam fuligines sylvestres pulmone, mediante respiratione, expu gentur: bilis in hepate, cæterique hu mores excrementitii in pancreate: hu miditates seroſæ in renibus, reliquæqu noxiæ superfluitates in habitu corpor & cæteris emunctoriis exactè à sanguin separentur; & in hisce locis eliminentu Lien autor est. Namq; sanguis è chylo i dè elaboratus quasdã particulas adhu imperfectas recrementis mixtas obtine quæ deinde in aliis officinis, institutâ ul teriore coctione, segregantur, & diver in locis secluduntur. Pars quidem san guinis subtilior ad mentis arcem cere brumque sublimatur, cùm ut istud nu triat, tùm ut ibi ulterius alteretur, co quatur, & pro sensuum ministerio exa tetur, retrimentis per palatum, nares, o culos, aures; futuras, ipsosque totius ca pitis poros emissis; pars verò crassior in feriora petit, non solùm ut conveniens omnibus membris nutrimentum offe rat, sed quoque, ut coctione ubivis pur depuretur, & in regressu ad cor ad mu

prem perfectionem aspirare queat.
ien hic suam navat operam. Et hoc
epurandi sanguinis munere, ut scribit
ndr Laurentius l.1. *Histor. Anat.* c.18. si
istretur Lien, mirum dictu est, quàm
dè emergant & suscitentur symptoma-
. Nam & spiritibus tenebræ offun-
intur, & tetra ad cor cerebrumque ef-
rtur anathymiasis, & livet palletque u-
iversum corpus: Unde Stratonicus Cy-
narœdus in Caria dicebat ambulare
ortuos, quòd Lienosi essent omnes.
nterim hoc adserimus, præter rationem
on esse, Lienem, vitâ superstite, iis, qui-
us per naturam inest, abesse posse:
t a deò necessarius sit non tàm ad esse,
uàm ad benè esse: non tàm ad nutri-
onem ac conservationem simpliciter,
d ad nutritionem ac conservationem
eliorem, utpote ad sanguinis tenuioris,
laboratioris ac magis spirituosi in cor-
e nimirum à continuo motu sanguinis
rmentativo producendi generatio-
em. Unde infeliciter vivunt, qui eo
arent, nisi ejus munere aliud defunga-
ur viscus.

Aſtrologi quidem Saturnum Plan
tarum frigidiſſimum, ſicciſſimum fum
ſtumque Lieni præfixerunt, cùm tamen
ille nec calore, nec humiditate modic
ſcateat, multò minùs autem tot tanta
rumque calamitatum ferax vitæ valetu
dinisque noſtræ principiis inſidietur. Si
ân cauſam inquirimus, cur Aſtrologi
hoc fecerint, variæ Autorum opiniones
ſeſe exhibent. Non absque cauſa, inquit
*Franciſcus Oſvvaldus Grembſius in Ar-
bor. integr. & ruinoſ.* l. 1. *c.* 8. §. 6. antiqui
Saturnum ſpleni dedicârunt tanquam
deaſtrorum parentem, qui deorſum in
reliquas influeret, & pueri devoratorem
dixêre, ſignificantes per hoc, quòd ima-
gines à facultate irascibili fabricatæ, ſe-
mina & hoſpitia in nobis fœcundent;
quando verò exorbitat, novellum ſan-
guinem conſumunt, & plurimos mor-
bos generant. Ex alia ratione vete-
res ſpleni adſcripſerunt Saturnum, quem
in forma fauni generis hominum ſala-
ciſſimi pinxêre; & excitari Venerem
credebant à ſplene, & non à renibus, &
pro-

propterea primi Veneris motus sentiri circa os stomachi, non secùs atque feræ pœnitentiæ ; quare Venus animæ officium habet in parte, in qua primi motus; hinc vita caduca degener initium ducit; observatur etiam, primorũ motuum irrequiem per Venerem lassari, & perinde splenem per Venerem purgari.

Alii opinantur hoc evenisse, quòd Lien frigidos affectus & siccos v. gr. hydropem, scirrhos, cachexiam, melancholiam producat: & sic diuturnorum morborum fons uberrimus existat, cujus calor & humiditas etiam, exsiccans licèt esse videatur, debilior tamen & parcior omninò sit, si cum cordis, hepatis & aliarum partium, sanguificationi inservientium, calore humidoq; comparetur. Quemadmodum enim regnante Saturno, regionem elementarem sublunarem que frigore, ventis, pluviis nubibusque opacis imbui & obduci constat, eandem ad rationem in proclivi esse, Liene tanquam microcosmi aliquo Saturno, dominium acqui-

rente in corpus noſtrum, cuilibet membro obtingere, & in his ipſis ſpectari effectus conſimiles, quos Saturnum in macrocoſmo ſolitum excitare pro comperto habetur.

Verùm, etſi hæc omnia ſuo ſenſu recte ſe habere poſſint, atque inter illos analogia quædam quoad effectus enumeratos intercedat; cùm tamen hi ipſi non ſint benè & ſecundum naturam operantis, ſed præter naturam & malè agentis cauſæ alicujus, vel Saturni aut Lienis indices, (nihil enim ad integritatem totius ſpectans, ſibi ipſi aut illi, cujus in gratiam natum eſt & conditum, interitum infert) exiſtimamus vel eo nomine, Lienem adſignatum pro domicilio Saturnum fuiſſe, aut huic æquiparandum, quoniam primùm Lien eſt viſcus tale, quod potentiſſimum in corpore univerſo exercet dominium: deinde quod utiliſſimum ac maximè ad vitam neceſſarium eſt, adeoque ut *Helmontius* dubiè haud ſcripſerit *Tractat. quòd calor non efficiens ver digerat. ſed excitativè*: aurea & Saturnii

ia regna Lienis ſubſidio nos poſſidere
vivere.

Hujus viſceris nobilitatem ac præ-
tantiam non parùm etiam variæ & qui-
em graviſſimæ infirmitates & ſympto-
nata, quibus interdum exponitur, ar-
guunt. Quò enim pars in corporis no-
tri œconomia nobilior ac præſtantior,
ò majoribus, gravioribus ac periculo-
ioribus morbis obnoxia eſt, ut in cere-
ri & cordis adfectibus proh dolor vide-
mus. Quemadmodum autem floren-
e Liene, omnia in corpore noſtro flo-
ent, ac fermentatione ejus naturali ve-
getiora fiunt, ſpirituque copioſiore per-
funduntur; ita ſi per vitium Lienis quod-
cunque ſenſibile, vel ſenſibus fortè mi-
nùs perceptibile, fermentationis hujus
accidat defectus, flacceſcunt omnia in
corpore, ac ſpiritu deficiente tandem
torpent atque concidunt: hinc menti
offunduntur tenebræ, mœſtitia obori-
tur, liveſcit corpus univerſum, ac pallore
facies fœdatur. Hic malè affectus tò-
tius corporis œconomiam turbare, plu-

rimasque partes in consensum trahere potest. Imò quod *Democritus* ad *Hippocratem* de utero scripsit, quod sequiori sexui sexcentarum ærumnarum auctor sit; idem & de Liene, quòd infinitarum ferè calamitatum faber existat, adfirmare nulli dubitamus; quod etiam nobiscum varii viri in arte Medica & Anatomica excellentissimi putant, quando Lienem fontē illum malorum nostri corporis ferè omnium, si malè habet, salutant.

Dicat nobis quispiam in corporis nostri structura artificiosissima ac summe miranda partem, ex cujus actione læsa plures, majores ac graviores morbi pronascantur, quàm ex Liene, malè in actionibus suis habente. Ex eo enim malè affecto oriuntur apoplexia, epilepsia, paralysis, contractura, incubus, vertigo, catarrhi, dolores capitis, deliria, insomnia immoderata, melancholia, amentia, rabies, phrenitis, mania, ptyalysm° cordis palpitationes, febris hectica, cæteræq; febres tàm continuæ quàm intermittentes, asth-

phti-

na, phtisis, pleuritis, indigestiones, appetitus dejectus, singult⁹, cruditates, vomitiones, cardialgia, ructus, flatus, ventris murmura, alvi constipationes, ejusdēq; flux⁹ nimii, hepatis obstructiones, passiones hypochondriacæ, hydrops, cachexia, icterus, scorbutus, mesenterii, pancreatis & vesiculæ fellis obstructiones. Patitur ipsemet malè habens obstructiones, inflammationes, tumores, ulcera, producitq; non rarò icterum nigrum alrosq; affectus gravissimos. Ex eo malè disposito & in actionibus suis corrupto propullulant hæmorrhoides tumentes, fluxusque hæmorrhoidum, calculi renum, vesicæ, pollutiones nocturnæ, muliebre profluvium, passio hysterica, mensium suppressiones, podagra, arthritis, cancer, scabies, elephantiasis, ulcera tibiarū, varices, oris ulcuscula, &c. Atque sanè impossibile nobis esset, omnes affectus & symptomata, quæ Liemem tanquam fœcundissimam matrem agnoscunt, enarrare.

Ad quorum autem morborum ac sym-

symptomatum jam recensitorum omnium generationem non parùm etiam ventriculus confert. Splen enim & ventriculus in unum conspirant, unum constituunt regimen; majoremque consensum cum ventriculo habet Lien quàm hepar. Hinc etiam ventriculo malè se habente, malè etiam se habet Lien; & Liene contrario florente ac vigente, floret ac viget etiam ventriculus. Hujusmodi Lienis & ventriculi conspirationem egregiè nobis ante oculos ponit Cl. *Franciscus Osvvaldus Grembsius Arbor. integr. & ruinos. l. 2. c. 1. §. 4.* ita scribens: *Stomachus & splen unum regimen constituunt, & primi motus spleni, & primi sensus stomacho competunt, unde splen maritti nomen, & stomachus mulieris habet, quae duo si benè conspirant, tùm œconomia naturalis ritè peragitur; si verò dissentiunt, tùm partim oriuntur excentricitates, fabricantes ideas morbosas, & figentes in archeali corpore, unde fiunt entia potentissima, quæ in ipsum animæ janitorem archeum agere possunt. Anima archeo im-*

mediatè utitur in ſplene reſidenti, qui determinat actiones animæ in ſtomacho, nam anima vix quidquam meditatur extra ostium archei, & archeo velit nolit utitur semper, atque iſte duum viratûs archeus omnium ferè morborum cauſa exiſtit; uti verò anima in partibus operativa magis intentitur, ita morboſa entia in duumviratu fabricata per actionem regiminis partem unam magis affectant quàm alteram; ſic ex ſplene morboſum ens aſthmatis reſidens per ſolam actionem regiminis pulmonum poros conſtringit: ſic quoque in duumviratu mentali alia morboſa entia ſuam tyrannidem in nos exercent; imò ſi ſplenis archeus proprio & ſpontaneo luxu regimen ſubtrahit, tùm fiunt apoplexiæ, epilepſiæ, vertigines, & cum duumviratus ex radicali ordinatione continuò phantaſiis incumbat, ideò incidentia in illum lata vitiant imaginationis œconomiam: qua cauſa unica eſt, cur antiqui ſedem melancholiæ in Liene collocaverint. In ſplene igitur omnis origo perturbationum, à quibus ſolis paſſiones hypochondriacæ ortum habent. Si quis horum

rum duorum viscerum œconomiam intel
lexerit, quæ conspiratio, activitas ac potte
stas sit, tùm facilè ruinosum hominis sta
tum hypochondriacum percipiet; dum e
nim hæc duo non benè conspirant, in atax
xiam distracta, per quam potestates magi
ac magis conculcantur & fermenta pessun
dantur; ab isto malo regimine omnis mor
bi initium sumit, & licèt in aliis viscer
bus stabulati esse videantur, habent tamen
vel fomentum vel occasionem primam ex
duumviratu, malè habente, vel ex pote
stativa facultate malè gubernante.

Cùm igitur Lien benè dispositus tàm illustribus virtutibus præditus, & præclarioribus dotibus ornatus sit, ac è contrario malè constitutus tàm innumeros ferè morbos secum ducat, summâ industriâ indaganda ac perscrutanda est omnibus Medicis ejus anatome, si aliás veri morborum curatores videri velimus. Veri autem esse possunt Medici morborum curatores & expugnatores, si hujus visceris artificiosam summeque miram dam structuram ejusque usum nobilem

bene

benè perſpiciant explorentque. Hinc etiam *Fr. Sylvius*, Medicus & Profeſſor inter Batavos celebratiſſimus *Diſputat. Medic. 5. de Lien. & Glandul. uſu.* Practicos Medicos hortatur, & obteſtatur ad unum omnes, quò ſecum eximii huius viſceris præſtantiã expiſcentur, atq; illam ubi agnoverint, in ſuorum ægrorum commodum praxin Medicam in quibusdam emendent, aut ſaltem reforment, ac errare deſinant.

Nemo certè, ut aliàs cuivis Medico notum eſt, unquam ex arte faciet Medicinam, qui functionum quarumvis læſarum cauſas proximas & remotiores non cognoverit. Cognoſcet illas nemo, qui partes, in quibus, & cauſas omnes, à quibus ſecundum naturam ſingulæ functiones fiunt, nõ præcognoverit. Hæc omnia præcognoſcet nemo, qui anatomes imperitus, ac proinde contemptor, ex ſui alteriusve quantivis etiam hominis celebri figmentis corporis humani fabricam molitur & nugatur.

Morborum igitur cognitio, anatome, duce

duce & luce acquisita magni est momenti, neque parvi à nobis ducenda. Nam qui optimè cognoscit sanitatis vel morbi in partibus causas, ille optatò etiam earum integritatem vel errorem curabit. Facilè in statu naturali corpus conservabit, vel in præternaturali, quantum possibile est, ad perfectionem pristinam revocabit, gemino suo officio satisfacturus Medicus. Efficientes enim utriusque causæ pro diversitate partium diversimodè sæpè operantur, adeoque vel accidentia naturalia vel præternaturalia omnis generis pro ipsarum dispositione variant.

Hînc non mirum, quòd anatomes contemptores, ignorantiæ partium corporis tenebris stipati, in curando nesciant, quid agant, quove se vertant, quòd nunc pleuriticum censeant, qui inflammatione hepatis laborat: quod nunc calculosum, qui quoad mesenterium præcipuè obstructus: quod nunc syncopticam, quæ hysterica, judicent.

Sic refert *Galenus l. 5. de loc. affect. c. 7.*

Me-

Medicum Siculum hepatis inflammatione laborantem, cum punctiones ad costas nothas tussimque & difficultatem respirationis advertisset, indeque pleuritico tentari morbo, falsò credidisset, curâsse. Perspectis etenim omnibus, hepatis inflammatione eum laborare adsensuit. Indeque curâ feliciter peractâ, magnam & sibi & arti Medicæ gloriam conciliavit peperitque. Non dissimilem recinorosi pro pleuritico curati historiam habent *Petrus Forestus lib. 19. observat. Medic. 3. & Anton Benivenius lib. de abdit. morb. caus. c. 76.*

Hujus farinæ Medici persimiles sunt iis cœcis, qui cum baculo iter faciunt; in locis tutis timidi sunt, in periculosis securi: Insuper, quomodo pars primariò & per consensum sit affecta, discernere nesciunt. Cùm præsertim omnibus Medicis sanioribus illud diligenter in morborum curatione notandum veniat, partem scilicet læsam sæpè partes alias in consensum trahere, imò satis frequenter actionem læsam non tàm in

parte

parte affecta, quàm illâ, quæ per con
sensum afficitur, manifestè conspici. I
deoque videndum illis est, ne in locc
affecto per actionem læsam cognoscen
do, errent, atque eam, quæ per consen
sum affecta est, partem pro primariò af
fecta habeant & Empiricorum errorem
errent, qui semper eo in loco, ubi sym
ptomata vident, adfectum curandum
censent. Ne autem in hunc errorem in
cidant, imprimis eis corporis humani a
natomia & functiones notissimæ sint o
portet, ut sciant, qui nervorum & mu
sculorum ductus, situs & officium sit, &
quæ partes, per quas mutuum consen
sum habeant. Sæpe enim accidit, u
morbus uno in loco sit, eo scilicet, é quo
nervi vel musculi exordium ducunt, a
ctio verò læsa in alia parte appareat, eâ
nimirum, in quam inseruntur. Id quod
ex historia à *Galeno* 1. *de loc. affect. c.* 6.
annotata videre est. Occurrit enim *Ga
leno* quidam, qui medicamentum aliàs
satis conveniens, triginta diebus, digitis
tribus, qui sensum amiserant, fru

strà

trà adhibuerat. Cùm verò *Gale-*
rus comperisset, neque inflamma-
ionem, neque refrigerationem, neque
ctum præcessisse, sed ipsum paulatim
ensum amisisse: è vehiculo verò deci-
isse, & dorsi initium fuisse affectum:
nde conjecturam fecit, in primo exortu
ervi, post septimam vertebram prode-
ntis, partem quampiam obiectum fuisse
nflammatam, ac nunc scirrhosam habe-
e dispositionem: & propterea idem
nedicamentum illi spinæ parti, quæ af-
ecta erat, adaptavit, sequutaque est res
t adspicientibus videbatur, & admira-
ilis & inopinata, quòd digiti manûs, ad-
ibitis spinæ medicamentis, essent cura-
. Talia quotidiè in corpore humano
bvenire possunt. Itaque si in mem-
ro aliquo sensus vel motus lædatur,
on solùm ad illam ipsam partem respi-
iendum, sed si illa nihil mali passa sit, vi-
endum, qui nervi in eam inserantur,
uscuili eam moveant, & unde nervos
uscuili illi accipiant; inquirendumque,
n partes illæ, unde musculi & nervi o-

riun-

riuntur, aliquid mali passæ sint. Ita enim rectissimè in loci affecti cognitionem pervenire potest, nec opus est, partem in qua mali origo non hæret, frustrà medicamentis fatigare.

Hæc omnia, ut & opprobria, quæ istæ medicinæ ob errorem prædictorum innoxiè adsperguntur, ut evitet Medicus rationalis, audiat *Hippocratem*, magnum illum omnium Medicorum parentem, *lib.* περὶ τῆς ἀρχαίης ἰητρικῆς ita differentem: ἄκ ἐστὶ δύνατον ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅπως ἐγένετο πρῶτον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅπως συνεπάγη. *Non est possibile Medicam artem scire, qui non novit, quomodo factus primùm sit homo, & quomodo sit constructus.* Sequatur *Avicennam*, jubar illud Arabum splendidissimum *lib.* 1. *fen.* 2. *tract.* 5. *c.* 1. ita scribentem: *oportet illum, qui vult cognoscere, quæ in membris sunt, anatomes cognitionem habere.* Hinc legat *Archangelum*, *Piccolhominium Prælect. Anat. lect.* 2. ὡς ἐν συνόψει opus ha-

ill

lustri explicantem commento: *Vt paucis expediam, quascunque res ars medica propositas habet, eas omnes (Anatome) vel in corpore humano ejusque partibus omnibus examinat, atque meditatur, vel ad corpus humanum ejusque partes omnes tanquam in propositum scopum refert, cùm vel unum assiduè meditetur, in idq; unum perpetuò incumbat, ut corpus humanum partesque ejus omnes vel sanas conservet, vel agras sanet & erigat. Quin etiam Anatome inspectione & sensuum observatione comparata ad memoriam medicarum rerum plurimùm valet. Nam ex corporis partibus, tanquam ex locis communibus, omnia eruuntur, & in corporis partes tanquam loca communia omnia conjiciuntur.*

Imò æquè magno habeat Anatomen n æstimio, ac nauclerus magnetem um acu nautica, miles gladium, archiectus ulnam. Sic hoc ariadnæo filo duc per infinitos ac recurvos illos morborum corporis nostri labyrinthos metare, permeare, ex omnibus tricis feliciter

ter se expedire, occlusa reserare, inetu
patum practicum se præstare, salvosqu
& incolumes invalidos reddere valebi
hæc consilia animo securo sequutus.

Optimus itaque salutabitur Medicu
laudemque insignem ac gloriam con
quetur; nec fortunâ adversâ utetur, sc
successo in praxi habebit insignes, si Lie
nis, visceris infimi ventris nobilissimi
præstantissimi structuram diligenter ii
dagaverit: cujus quidem legitimus us
ad hæc usque tempora totus rixis & li
dubiâ involutus jacuit; jam verò certi
rem veritatis spem, singulari Neoteric
rum Anatomicorum industriâ scrutatr
ribus ostendit. Cùm autem tot ferè
usu Lienis sunt opiniones, quot sun
scriptores Medici, ac Anatomici, à vetu
ribus hac in parte agitata dubia, laud
bilesque modernorum Autorum con
tus & labores breviter in hac Anatom
Lienis ante oculos ponemus, & quæna
sententia veritati quàm maximè consc
na sit, eruere conabimur.

Quibus præmissis, aggredimur nunc
ipsam

sam Lienis Anatomiam, quam, juxta ethodum, nobis hactenus usitatam, ccinctè ac breviter tractantes in qua- uor dispescemus sectiones; quarum rima admirandam Lienis structuram, cundum ejus situ, connexionem, sub- antiam, quantitatem & qualitatem, re- præsentabit. Altera verum Lienis u- um certis ac validissimis rationibus, i- emque innumeris ferè autoritatibus emonstrabit; ubi plurimæ de Lienis su veterum recentiorumque sententiæ, d accuratum visceris hujus nobilis exa- nen Anatomicum, tanquam ad splen- idum solis fulgentis lumen sponte ac a disparebunt, ut confutatione haud ideantur indigere ulteriori. Tertia dfectus Lienis præter naturam certo rdine enumerabit. Et demum quarta uæstiones varias ad Lienem spectan- es ventilabit. Et hæc omnia certis ca- itibus ornare studebimus.

Spinosa sanè & abstrusa est materia, uam hîc tractandam suscepimus; labo- es sunt ardui, quos hæc efflagitat; vires

autem sunt debiles. Ad Te ergò confu
gimus, Summe DEUS, provide partium
corporis nostri conditor ac moderator
adesto nobis divino Tuo auxilio; adjuv
nos, onus subleva, & benedictionis Tu
radios in nos largiter effunde: Spiri
tum Sanctum, qui nos in omni veritat
ducat, rectumque hunc cursum perag
nobis cœlitùs mitte, ut bonum, feli
faustum fortunatumque nobis sit hoc
pus, atque omnia in Tuam gloriam
multorum hominum miserrimorum
autem vergant, clementissimè con-
cede.

An

ANATOMIÆ LIENIS

SECTIO I.

Lienis admirandam structuram, secundum ejus situm, connexionem, substantiam, quantitatem & qualitatem repræsentat.

CAPUT I.

Lienis definitionem nominalem examinat.

SUb initium hujus capitis commodè Lienis etymologia nobis deducenda venit; quæ vel propterea præmittenda videtur, quòd Autore *Galeno* 1. *Meth. med. c.* 5. perturbatus nominum usus rerum quoque notitiã perturbet, & quòd teste *Socrate*: ἀρχὴ τῆς παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, *initium doctrinæ nominum consideratio sit.* Lien ergò unde originem suam ducat, admodum incertum est, nec ab autoribus, conquerente *Adriano Spigelio de fabric. corp. hum. l.* 8. *c.* 14. hoc non traditur; quæcunque enim ejus notationes adferuntur, meræ sunt

conjecturæ. Antiquis hic Lienis dicebatur, tribus syllabis constans, in nominativo, ut sæpius apud *Hippocratem* legimus, & *Galeott. Mart. de homine interno l. 2. pag. 103.* etiam refert.

Quamvis autem de origine hujus vocis apud Autores altum sit silentium, variæ tamen variorum hinc indè inveniuntur derivationes. Excell. *Mœbius in fundam. Med. Physiolog. c. 16. §. 1.* λαιὸς, lævus seu sinister, cùm in sinistro hypochondrio situs sit: seu à λεῖον, lævis cùm quasi lævigatus, mollis, lenis, & pene bellè politus esse videatur, & asperitate careat, deduci posse cum *Matth. Martinio, in Lexico Philologic. Etymologic. voce Lien* conjecturam facit, & quidem non absurdè. *Alstedius in Encycloped. l. 4.* à lingua vocis hujus originem sumit, quia juxta *Hippocratem* linguæ bubulæ, secundum *Aristotelem* verò suis figuram repræsentat; vel ut alii putant, quoniam lambêdo quasi malignos humores avidè ingurgitat, omnesque detergendo absumit. Hinc etiam *Meletius l. 3. de natur. hom.*

om. σπλήνα dicit, cùm τὰ σπῆλα sor-
es seu feces sanguinis attrahere vulgò di-
atur. Sic dicitur etiã Liẽ esse quasi liber
liberando, quoniam dicunt, dum homo
us est, liberat eum ab omnibus affe-
ibus melancholicis. Vel quasi ligen, à
gando, eò quòd validè vicinis partibus
alligatus. Germani nostri die Milt
ocant; unde hoc veniat, ex dictis nunc
cilè patet. Galli Ratte, Rattelle: An-
i Milt: Itali la milza, il splene appel-
nt. Splen quoque vocatur à Græco
πλὴν; quam vocem Romani suâ et-
m civitate donârunt. Hînc *Persius Sa-*
r. 1. v. 12. canit: *Quid faciam? sed sum*
tulanti splene; cachinno. Σπλὴν δοκεῖ
σπᾶν, i.e. trahere nonnulli derivant,
m impuram sanguinis illuviem tra-
re credatur; vel ut alii volunt, à
πληδὸς cinis, cùm ad ejus colorem in
ultis plerumque abeat. Alii dici pu-
nt splenem à σπῖλος macula, vitiligo,
ta, cùm sanguinis σπῖλα seu fraces
lligere censeatur. Aliàs conjicitur
dici

dici quasi spine , ἀπὸ τῆς σπινθῆς , sc
cula , sorde , quoniam quasi maculis is
didum est. *Cornelius Celsus lib.* 4. *de*
med. c. 1. ἀπὸ τῆς σπλάγχνης , h. e. viss
re , quòd intus lateat , vocem illam
ducit. Cl. *Hoffmannus libell. de usu Li*
nis c. 1. ἀπὸ τῆς σπᾶν λίαν accersere
licet conatur. Et *Bauhinus lib.* 1. *Theat*
Anat. c. 43. ἀπὸ τῆς εἰς ἑαυτὸν ἕλκουσα
τὰ φαυλιόθεντα τῶν ὑγρῶν , quòd im
ipsum attrahat malignos (ut putatu
humores , dici mavult ; cum quo eti
Alb. Kyperus Anthropolog. c. 9. *§.* 9. fa
Fernelius & *Riolanus* malè à Latino is
plendo splenem deducunt. Rectius
tem ab *Isidoro l.* 11. *origin. c.* 1. supplem
tum vocatur , cum hepati è regione
positus locum istum expleat , ne vac
existat. *Matth. Martinius loc. cit.*
σπαλὸν ἀκάθαρτον εἰδεχθέσαλον
mencl aturam petit. Creditur enim
morum ex hepate effluentium rece
culum , sterquilinium quasi & fimetu
vel à σπᾶν & λύειν , quòd σπᾶ λύμα

el ἀπὸ τῦ σπλῆνος, ut maximè ad anc originem allùdit *Aristoteles l. 3. de art. animal. c. 7.*

In numero plurali vox Lienes apud *Cornel. Celsum* variis in locis reperitur; imprimis verò *l. 4. c. 9.* ubi hæc leguntur verba: *At Lienis ubi affectus est, intumescit, simulque cum eo pars sinistra, eaque dura est, & prementi renititur, venter intentus est, aliquis etiam cruribus tumor est, &c.* Sic quoque *Cato c.* 157. ut benè *Martinius* notat in *Lexic.* scribit: *Si Lienes turgent.* Invenitur etiam scriptum σπλῆνες splenes; quo vocabulo *Galenus* non rarò utitur, & plerumque morbi & intumescentiæ Lienis metonymicè eo designantur, teste *Hoffmanno l. c.* interdum etiam splenia, hoc est, emplastra eo apud *Galenum*, censente *Cæl. Rhodigino l. 4. Lect. Antiq. c.* 18. significantur.

A splene hoc denominatum est splenium, item spleniatus, splenio obvolutus. Est autem splenium genus aliquod fasciæ, formatum ad formam splenis, factum ex panno laneo, aut lineo, aut serico

rico, quod fronti, interdum etiam mento, partibusque aliis imponi solet, sive emplastri modo ad affectus sedandum dolorem; seu ad arcendam nimiam lucem, quasi oculorum operimentum; seu ut frons nitida liberaque serveturr solis adustione, quo fine id usurpare cō sueverunt fœmellæ curiosiores. Exempla nobis suggerit *Martialis l.* 2. quando ita canit.

Et numerosa linunt stellantem splenia frontem;
Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.

item:

Talia lunata splenia fronte sedent.

Cornel. VVittelius Syllog. 3. in Georg. Meerul. c. 22. splenium hoc Martiale vocat panniculum medicamentis perfusum, qui supra inustionem literæ impositus erat ad medelam & contectionem ustionis. *Martialis* alio loco hoc explicat; cùm fingeos se ægrotare, in mento splenium adalligatum tulit, ne causam haberet basiandi Philennin fellatricem. Sic enim ait: *Cur splenio te sæpe prædam mentu-*

tur

ro. *Plinius l.29. histor.nat.c.3.* etiam, cùm remediorum ad oculos cruore suffusos mentionem facit, quem *Georgius* nunc intellexisse fatebitur, splenium pro medicamento ipso accipit, cùm dicit: superimponi oportet splenium è melle decoctum, lanamque succidam ex oleo & vino. Deinde à splene dicitur etiam aliquis spleneticus, hoc est, lienosus, quĩ rumorem ac duritiem aliquam adhuc patitur. Splenis etymologiam sequitur nunc

Homonymia. Splen diversas suas habet significationes. Sumitur enim aliquando pro eo, quod spleni est simile, ut plagula, pannus & pulvillus, qui fracturis splenis figurâ imponitur. Deinde idem ac σπλένιον, teste *H. Stephan. thesaur. Graec.ling.* voce σπλένιον, significat. Ita *Galenus l.6. Meth. Med.* ὅδεν εἰς φρενῶν ἀπαγωγὴν αὐτοῖς ὁ ἱπποκράτης ἐξεύρε τὴν τῶν σπληνῶν ἐπιβολήν. *ibidem.* Σπλῆνα σκεπαρνοῦν, ὡς ἱπποκράτης ἐκέλευσε, ἐπιβάλλειν.

Ga-

Goræus definit Medic. L. Σ. voce σπλ
Et H. *Steph. l. c. voce* σπλὴν. Eo mo
Hippocrates etiam in ſuis ſcriptis;
σπλήνα intelligit (1.) Lienis dolor
& obſtructionem: (2.) tumores &
mnes jam dictas intumeſcentias.
denique Capreolus lebeti ſubjectus,
tante *Cœlio Rhodigino l. c.* etiam ſplen
citur. Homonymiam excipit Sino
mia. Hâc ratione Lien ab *Ariſtote*
3. *de part. animal. c.* 7. vocatur νόθον ἧπα
ſpurium hepar, propterea, quod id
licèt in parte ignobiliori ſit, faciat,
hepar, ut Cl. *Hoffmannus lib.*
de uſu Lien. c. 4. opinatur. Item ab
riſtotele *l.* 3. *de part. animal. cap.*
ἀντίζυγος τῦ ἥπατος, non tantùm p
pter locum, ſed & propter officium
pellatur. Ab *Hippocrate* πηγὴ ὕδα
fons aquæ: item hepar ἀείσροον: à *P*
tone *in Timæo* expreſſum heparis ſimu
chrum: ab aliis hepar vicarium, ſeu
ſtitum, eò quòd ſapius ejus officio fu
gi videatur. Ab *Laurentio*, ex loco *Ari*
colica σπλάγχνον αἱματῶδες, viſc

sanguineum, ex sanguine concreto factum: ab aliis viscus linguosum, à figura, quam instar linguæ bovis obtinuit; ab aliis risûs & lætitiæ domicilium, cujus magnitudo facit homines ad risum proclivores: *splen ridere facit, cogit amare jecur.* Ab aliis in contumeliam saltem hujus visceris nobilissimi, sedes & receptaculum excrementi melancholici, humoris atrabilarii cloaca: ab *Aretæo & Galeno l. 4. de usu part. c. 7.* σκμαγεῖον αἵματος μέλανος purgatorium sanguinis atri; ab antiquitate σκμαγεῖον τοῦ ἥπατος, jecoris extersorium nominatur; ubi per τὸ σκμαγμῖον Autores varias exprimunt cogitationes. *Budæus* simulachrum sive imaginem hepatis per illud intellectum vult. *Calaber* per expurgatorium vertit. Omnium optimè, ut in Scriptis suis solet, *Thom. Reinesius l. 3. variar. lect. c. 5. pag. 433.* peniculum, spongiam extergentem reddidit; nam σκμάπτειν est abstergere, detergere à sanguine, & ad se rapere crudum fœculentioremve

sa-

sanguinem, mundareque, quemadmo
dum scopus naturæ membra nobilia
fecibus & superfluitatibus, uti scopa
domum, sicuti ex *Arnoldo de Villa nov*
Georg. Balthas. Metzger. Dissert. de Lie
§. 1. scribit. Et tandem viscus ho
τῷ ἥπαρ εἰς τὴν τῆς τροφῆς γένεσ
ἰσόῤῥοπον, ὁμόθρονον οἷον ἦπαρ, ἀείσεπον
οἷον νόθον ἦπαρ, ἀντίζυγον ἐν τοῖς ἀπο
κεκριμένοις, jecori ad alimenti gene
rationem pariter conveniens, ejusdem
throni & majestate dignum, ut sini
strum, ut adulterinum, ut adversarium
hepar in perfectis animalibus sanguinis
officina & hospitium regale ab *Aristotele*
& aliis habetur.

CAPUT II.

Realem Lienis descriptionem, seu latè dictam definitionem detegit.

LIenis variæ ab Anatomicis & Me
dicis circumferuntur descriptiones
quas omnes adducere instituti nostri ra
tio non patitur. Duas saltem nos att
tingimus, tertiamque ut nostram ad
dimus.

Cl

Cl. *Moebius in Fundam. Med. Physiologic. c.16. §.2.* Lienem vocat partem organicam, in sinistro hypochondrio sitam, sanguinem fœculentiorem ulterius elaborantem, & ita disponentem, ut partes recrementosæ, tartareæ, salinæ & serosæ in locis convenientibus separari queant. Excell. *Laurentius Straussius Conat. Anat. Specim. 6.* Lienem describit, quòd sit pars organica, in sinistro hypochondrio sita, peculiari quadam conditione, insitâque vi terrestriorem atque fœculentiorem sanguinem ulterius elaborans atque perficiens.

crimen alterum inter se exiguum esse, robur dextri lateris facilè â continua sinistri exercitatione superari, sinistrumque latus in fœmineis quibusdam actionibus dextro præpollere: non concedendum tamen, utrumque latus in masculis actionibus perficiendis naturaliter æquale esse; siquidem dextrum latus quàm sinistrum in hujusmodi munere præstantius habent. Idque porrò vel inde constare adserunt, quod etsi amborum pedum in homine æqualis usus sit, dexter tamen sinistro plerumq; firmior, robustior, magisque masculus reperiatur.

Quod ajunt, puerulos suâ sponte sæpè sinistrâ manu uti: sciendum, id ubi evenerit, non propterea fieri, quòd aptius rem aliquam sinistra prehendant, vel perinde iis sit, quâ manu utantur; sed casu aliquo cogi, sinistrâ potius quàm dextrâ uti: nempe si res tractandæ, ob incuriam sinistræ manui frequentius quàm dextræ offerantur, vel si infantes sæpius in dextrum latus decumbant,

nt, aut siniſtram mammam ſugant.
ibus fit, ut impeditâ dextrâ, lævâ manu
erius utantur; aut ſi nutrices puerum
m frequenter brachio ſiniſtro circum-
rant, ut ſolent, quò ipſis manus dex-
a negotiis obeundis parata ſit. Eo e-
m pacto libera manûs dextræ exercita-
o à corpore nutricis contiguo præpe-
tur. dum læva, prout iis libitum fuerit,
untur.

Ad ea, quæ de brutis allata ſunt, hanc
ſponſionem dant, artus ſcilicet eorum
lerumque in utroque latere æqualiter
xerceri; non concedent tamen eosdem
qualis utrobique roboris eſſe. Obſer-
atum quippè ab agaſonibus, malum ſi-
iſtro alicui pedi illatum, plus damni e-
uo adferre, quàm ſi idem adverſo pedi
ontigiſſet: quia nempe leve incommo-
um dextro pedi inflictum, ab ejusdem
ateris præſtantiore robore compenſa-
ur; augetur verò à loci imbecillitate, ſi
ævo lateri incuſſum fuerit. Idemque
imiliter diſcrimen in aliis quoque ani-
malibus à pecorariis animadverſum eſt.

Con-

Concludunt igitur, constitutam esse alii quam à natura laterum differentiam dextrumque latus ob hepatis præsen tiam, sinistro viribus masculisque actio nibus exequendis præcellere.

Verum enim verò quamvis Lieni a hepati suos in partes vicinas infimi ven tris non denegemus influxus; quòd ta men utrique lateri tam dextro quam si nistro robur aliquod motuique expe diendo promptitudinem conferant, gra tis saltem dicitur; nec istud in eorum facultate est. In dextro autem latere nos majus robur, itemque manum dex tram agiliorem ut plurimum & ad mo tum promptiorem esse dicimus, non ob causas, quas alii tam acutè citant, sed (1.) quia in dextro latere homini est vena si ne pari, quæ fortè in amphidextris ge mina est. (2.) Quia ossa graviora in scapulis, humero, & tota manu dextra esse aliqui pro certo & comperto ha bent: quod fieri potest ab impressione caloris uberioris in utero matris, cujus pars dextra calidior. Hinc docet *Ar*

st

eles, naturâ potiorem esse manum
xtram siniſtrâ: & alibi, primum im-
ũ vel principium motus esse in parte
xtra, ut homo progressurus pri⁹ move-
bedé dextrum, avis volare volens prius
oveat alam dextram. (3.) Quia trun-
s arteriæ subclavius dexter amplior
quàm siniſter diligenter conside-
ntibus contra *Riolanum*, quamquam
on adeo magna sit differentia, nec esse
buerit. *Plato* omnes naturâ amphi-
xtros esse sentit, hominumque insci-
ã inertiâqve fieri, ut dextri tantum aut
vi fiant. At *Ariſtoteli* placet, ab or-
s noſtri primordiis dextram partem
rmè semper esse calidiorem, & lævam
alidiorem, niſi ad eam consuetudine,
xercitationeque multâ multum caloris
piritûsque quis traducat, ut amphidex-
er fiat.

CAPUT IX.

Lienis ſubſtantiam & primùm ejus carnem exhibet.

LIen è partium dissimilarium genere

est,

est, cujus compagem absolvunt (1) Caro, (2) Membranæ, & (3) Vasa.

Caro Lienis quia non dissimilis apparet coagulato sanguini, vasis circumfuso, idcircò parenchyma appellari meruit. Cujus vocis autorem *Erasistratum* faciunt. *Lactantius Opific. Dei c.* 11. *Quid splenem? Quid jecur? quæ viscera quasi ex conturbato sanguine videntur concreata.* Caro igitur hujus est parenchymatica, sui generis, ad modum spongiæ rara, laxa, mollis & subnigra: fibris quàm plurimis repleta, quare mellis sanguinem copiosum depurationi jam dicatum undiquaque imbibere, totique deinde alibilem reddere possit; quam tamen carnem Excell. *Thomas Bartholinus Diatrib. de pulm. s. 2. pag. 27.* dubiam facere videtur.

Vesalius Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9. Lienis substantiam crasso nigroque ad modum, sed solidioris spongiæ, aut lavioris pumicis instar, raro tamen concretoque sanguine constare fatetur.

Laurentius l. 1. Histor. Anatom. c.

enem carnem vocat velut παρέγχυ-
ἀραιὸν καὶ σπογγοειδὲς rarum, fun-
ſum & ſolutum, inſtar ſolidioris
ongiæ aut lævioris pumicis, haurien-
excipiendisq; fecibus opportunum,
mirum, uti *Glacano in Curſu Medic.*
letur, ut innatâ vi & diſpoſitione tra-
t ad ſe ſugatque feculentum humo-
m Non malè profectò, noſtro qui-
m judicio, ſpongiæ comparatur: Sic-
enim poros & foraminula plurima
ſervare in ſpongia eſt, ita etiam in Li-
e tale quid dari, ſpatiolaque ab illo fi-
arum plexu, ut deinceps dicturi ſu-
us, efformari, nulli dubitamus.

Adr. Spigelius Fabric. corp. hum. l. 8.
4. ſubſtantiam quoque ejus appellat
renchyma, ſed laxum & ſpongioſum
ldè, innumeris venarum arteriarumq;
ɔpaginibus refertum.

Cl. *Antonida van der Linde l. c. §. 29.*
rmotus autoritate *Hippocratis l. d.*
rn. t. 9. quando de Lienis laxitate lo-
itur, inter carnem aliorum viſcerum
Lienis, ſeu Lienem potius ipſum di-

stinguit. *Talis est*, inquit, *non caro, quæ non potest non compacta esse: sed Lieni ipsi ob infinitatem quasi vasorum, quæ sicuti cutis est insecto obvia, ita integro laxitatem corpori conciliat.* Celeberrimus *Franciscus de le Boë Sylvius Disput. Medic. de Lienis & glandul. usu* substantiam Lienis præ viscerum reliquorum omnium substantia, facit longè tenerrimam, solubilem & â vasis suis facilè diffluentem, adeoque placentæ uterinæ ea tenus planè consimilem.

Hoffmannus in Lib. peculiar. de Lienis usu c. 1. hanc carnis substantiam non minus παρέγχυμα, quasi tu dicas σπλέγχυμα esse, quàm in hepate ait. Diversa tamen est Lienis caro ab hepatis parenchymate duobus modis: (1) Quòd laxior & mollior sit longè carne hepatis: (2.) Quòd non semper ut hepar colorem habeat rubrum, sed in recens natis tantùm; in provectioribus enim ad livorem tendit. Quòd etiam aliqui existimârunt, Lienem esse velut exiguum hepar, vel, ut *Aristoteles l.* 2. *de p.* [illegible]

c. 7. ait : ὅιον νόθον ἦπαρ, non alio damento innixum est, quàm quòd in stro latere situs, ceu Antagonista, he- in dextro latere locato respondeat. tera verò plurimùm à se invicem dis- pant. Nam (1) numerosæ & præ- ndes arteriæ Lienem adeunt, multò atis arteriis majores; licèt hepar Li- m sextuplo magnitudine excedat. Nulli rami venæ cavæ in Lienem ribuuntur: in hepar verò plurimi & gnes ingrediuntur. (3) Lien nec culam felleam sibi annexam, nec um bilarium quoquoversum in se ributum habet. (4) Ramus sple- us è vena portæ in *Lienem* pertin- s, nihil illorsum defert; sed fluxio o- is à *Liene* horsum instituitur; sicut igaturis in vivorum dissectionibus, defunctis, injectionibus lactis, li- dò apparet. Rami autem, qui è por- hepar tendunt, humores, quos con- nt, illùc deducunt: quemadmodum iliter experientibus palam est. Con- lendum igitur, hepar esse unicum;

& Lienem alterius hepatis vicem neut
quam supplere, aut ejusdem cum
speciei esse, ut nonnulli opinati sun

Hîc etiam quærimus cum acutissim
Thom. VVhartono Adenograph. c.
An caro hæc Lienis sit parenchymatic
an verò glandulosa? Posterius volu
runt nonnulli, similitudines quasdam
inter glandulas & Lienem admittentes
inter quas illa principatum tenet, quòd
nimirum uterque eorum officia non
nulla nervoso generi præstet: Glandu
læ enim omnes, inquiunt, aliquo mo
do nervis famulantur, partesque omn
nò secretoriæ sunt, quodque ab iis s
cernitur, vel è nervis excipiunt, vel ii
dem suggerunt; nisi fortè sit mater
planè inutilis, cujus excretioni peculi
res nonnullæ glandulæ dicantur, hh
bentque vasa isti muneri appropriat
Lien similiter nervis ministrat, estq
munus ejus secretorium: videtur autem
liquorem aqueum à sanguine media
ribus suo parenchymate & fibris ne
vosis, prolicere. Vix autem fingi p
sec

t, in quem usum liquorem hunc eli-
t, nisi in nervorum. Desunt enim a-
omnia vasa, per quæ idem absporte-
, præter nervos. Nam lymphæ ductus
li adhuc per hanc partem distributi
servantur, neque facto accurato exa-
ne potuimus vel minimum vasis ex-
torii vestigium in eodem deprehen-
re. Probabile quoque est, Lienem
e excretorio destitui, vel ex eo, quòd
s hæc advitā non admodum necessa-
sit, ut patet, quia canes & feles fortèq;
nnulla alia animalia exacto Liene,
n admodum infeliciter vivunt. Nul-
verò pars excretoria à corpore sepa-
i potest sine magno animalis detri-
nto; nimirum, si pars excretoria ad
am propriam, non ad speciei propa-
ionem inserviat, ut testes vel mam-
. Lienis verò usus individuo non
em proli addicitur; & consequenter,
n minimè sit necessarius ad vitam,
esse est careat publico munere ex-
torio. Glandulæ similiter plurimæ
e præsenti vitæ periculo excindi

possunt, ut illæ in inguine, collo, axillis, &c.

Etsi verò hucusque Lien & glandu similitudines quasdam inter se habeat iis tamen assentiri non possumus, qui ad glandularum classem Lienem trah ferunt. Neque enim respectu similar constitutionis parenchymatum, nec respectu conformationis eorundem, nec respectu distributionis vasorum inter se consentiunt.

Primò dicimus, non iis inter se con venire, ratione similaris constitution parenchymatum, Lienis enim parenchyma mollius est, multoque friabilius illo glandularum: Imò Lienis adeò mol le est & friabile, ut ferè ad fluiditatem accedat: Nam minimo negotio copiosè aquâ maceratum sæpiusque expressum in liquorem sanguineum disolvitur: ver rùm parenchyma glandularum multò firmius ac solidius est, nec abluitioni cedit, imò nec fricatione à vasis separari aut abstergi potest. Plurimùm ergò hæc parenchymata ab invicem differunt.

Pon

rrò. eadem parenchymata ratione
nperamenti & coloris non minùs
crepant. Lienis enim parenchyma
guineum planè est, & copioso ac qua-
tagnante sanguine perfusum, colore
m sanguineo saturo ad nigredinem
que vergente infectum; è contra glan-
arum pituitosum ac pallidum est, san-
ineque parcè alluitur,

Secundò dicimus, conformationem
renchymatis Lienis plurimùm differre
illa glandularum. Parenchyma enim
enis unum quasi continuum corpus
, vasorum tantùm & nervosarum fi-
arum distributione constans, quarum
tissimum ope, adminiculante unà in-
tiente tunicâ, firmitudinem obtinet,
à fluore præservatur: foret enim alio-
in quasi placenta sanguinis semicon-
ti, vel stercoris bubuli recentis in-
r. Glandularum verò parenchyma
n continuum est, sed in frustula quasi
risum; quod vasis omnibus membra-
que separatis continuitatem suam
rderet, & vel diffluere, vel granula-

tim comminutum ac divisum, ceu fri
stulorum cumulus cerneretur.

Tertiò dicimus, distributionem v
sorum in Liene multùm diversam es
ab illa in glandulis. Lienis enim va
sanguinea multò majora sunt illis glan
dularum, etiam habitâ justâ ratione dif
ferentis magnitudinis utriusque partis
ut patet ex ipsa sanguinis copia, quæ pe
hanc partem circulatur: Glandulæ ver
adeò exiles habent arterias ac venas :
se distributas, ut ubicunque corpus ec
rum dissectum fuerit, vix vestigium ul
lum sanguinis appareat. Porrò corpo
ri Lienis datur quidam quasi plexus f
ve rete nervosarum fibrarum, varii
sese mutuò decussantium & in quolibe
occursu firmiter inter se connexarum
excurrentium etiam quoquoversum ad
tunicam ipsius, eidemque tenaciter affi
xarum, indeque reflexarum. Cujusmo
di rete fibrosum in nulla glandula to
tius corporis invenitur. Denique ner
vi Lienis videntur terminari in dicta
nervosas fibras, nec omninò parenchy

me

ti operam navant: verùm in glandu-
, nervi in ipsum parenchyma sese in-
uant, & cum eodem duntaxat nego-
ntur. Concludimus itaque Lienem
numero glandularum eximendum es-

Confer. Cl. *Francisc. Glissonius Ac*
t. Hepat. c. 45, pag. 534. & seqq. qui
regiè hac de re scripsit.

Marcell. Malpighius Med. Profess.
non celeberrimus de *Viscer. structur.*
exerc. Anat. de Liene c. 4. non paren-
ymatosam Lienis carnem, solâ laxita-
& mollitie ab hepate dissimilem, ut
offmannus, appellat; neque etiam Lie-
s substantiam concreto inter fibras
nguine excitari, cum *Highmoro* pu-
t; verùm longâ & laboriosâ indagine
ndem obtinuit, quòd totum Lienis
rpus membranarum sit congeries, in
llulas & concamerationes efformata,
u distincta; & licèt dissecta splenis sub-
antia concretum sanguinem præ se fe-
t, & levi attritione in fluorem solva-
ur, attamen non dissimili ratione ac in
almonibus dit, specie carnis nobis

imponat, diluto scilicet colore & sui
stantiæ laxitate. Et in propatulo re
fiat, arteriæ ramus innodetur, deinc
aër syringe, vel ore ipso per ramum spl
nicum copiosè intrudatur, totus ita tu
geat Lien, ut excedentem adquirat ma
gnitudinem; quod etiam, minori tta
men incremento contingat, si per arte
riam inflatio fiat, coërcito prius venc
so ductu; in vitulorum præcipuè, suum
& caprarum turgido Liene illicò in ex
tremitatibus, & inductâ aliquali diapha
nëitate, sinus & membranosi parietes
emergant. Si autem jam tumefactu
ficcescat Lien, mox secetur, vel ejus fru
stula gladiolo eximantur, totam ipsius
molem membranis sinus, & cellulas ve
luti favos apum efformantibus coagu
mentatam deprehendamus; quod in o
vis & suis Liene ob facilem exsiccatio
nem promptius succedat; in humano et
iam Liene, aëre turgido, & tepenti loco
exsiccato evidenter eandem structuram
reperiemus, ita ut omnem eximat dubi
tationem. vide plura pag. 114. & seqq.

De

Deinde Vir ille in arte Anatomica
ximè versatus ac subtilis miram por-
, ut c. 5. scribit, naturæ industriam in
mponendo Liene observavit, & quo-
am ejusdem ut plurimum una solet es-
operandi norma, hæcque simplex,
alem à principio proposuit, ideò in
ienis structura alia addidit non dissi-
ilia cæteris viscerum parenchymati-
is, In Liene igitur glandularum, vel
avis vesicularum sive sacculorum ra-
mos copiosissimos observavit, per
tum Lienem dispersos, qui uvæ bo-
um graphicè æmulantur. Minimæ hæ
landulæ, inquit, figuram habent ova-
lem, & magnitudine parum distant â
num glandulis; colorem habent, ut
rpetuò observavi, album, & licèt Lie-
is sanguinea vasa injecto atramento
rgeant, & circa ipsas ludant, hæ tamen
ndem servant colorem. Earum sub-
antia quasi membranea videtur, sed
ollis facileque friabilis; ejus cavitas
b exiguitatem oculorum aciem effu-
it, conjecturâ autem attingitur, dum

teis-

ſciſſæ in ſe ipſas concidere videntur. Numero copioſiſſimæ, & ferè innumerabiles ſunt, & in deſcriptis univerſi Lienis cellulis, ubi vulgariter ejusdem parenchyma ſtatuitur, mirè locantur, pendentque à propaginibus capſulæ, ſive fibris ab ipſa ortis & conſequenter ab extremis arteriarum, & nervorum finibus; quin & arteriarum fines, caprearum inſtar, vel ſerpentis hederæ circa ipſas producuntur, quod in recenti adhuc Liene denigratis arteriis obſervatur. Appendantur utplurimum racematim, cum ſeptem vel octo ſinguluis quoque botrus conglobetur. Non æque facilè ſeſe produnt in quocunque animalium Liene: Imò ſolâ Lienis laceratione innoteſcunt, in bove, ove, capra, &c. levi factâ cultro abraſione, vel longâ communi aquâ abluitione patent. In homine difficilius emergunt, ſi tamen ex morbo univerſum glandularum genus turgeat, manifeſtiores redduntur, auctâ ipſarum magnitudine, ut in defuncta puella obſervavi; in qua Lien

glo-

bulis conſpicuis racematim diſperſis
as ſcatebat. In piſcibus autem, li-
ob ſubſtantiæ compactam molem,
illicò emergant, tamen eorundem
n longo tempore maceretur, vel
im ſicceſcat, tandem ſubalbidæ ma-
ſtantur hujusmodi glandulæ, velut
n cæteris animalibus.

An circa minimas enarratas Lienis
ndulas, præter cellularum membra-
, aliud circum locetur corpus, diu a-
l me dubitatum eſt, cùm ſecto Liene
n in omnibus ſtatim occurrant glan-
æ, ſed poſt diligentem abrationem
aſæ tenaciter ſubrubræ ſubſtantiæ,
picandi anſam ulterius faciebat co-
Lienis inſpectio, quæ infinitam penè
ngeriem rotundorum, rubrorumque
porum exhibebat, cùm tamen albæ
& inſignes glandulæ in crudo antea
ſervatæ, ne minimum quidem ſui ve-
gium relinquerent. Omne tandem
mi dubium, dum in elixato cujuscun-
e animalis ſanguine, eandem conſigu-
ionem deprehendi; Concreſcit enim

cui

calore in globulos, pomorum figura redolentes, quare probabiliter deduxit substantiam illam, quâ teguntur glandulæ, sanguineam esse, quæ in sinibus & cellulis copiosè stagnat, cùm immissa multa per longum tempus per arteriam qua infecta sanguine exeat, secum plurimum sanguinis extrahat. Cellularum etiam collapsæ membranæ nolle imponere valent, ut in pulmonibus accidit, unde cùm in Liene flatu turgido nihil aliud pateat præter pelliculas, fibras, sanguinea vasa & exaratas glandulas, satius videtur hæc, quæ glandularum speciem coctione inducunt, sanguinis concreti particulas esse. Ex quibus omnibus conjectari licet, glandulas has locum & situm sibi nanciscì in sinubus & cellulis membranosis, quibus Lienis substantia integratur, cùm ad has adducantur arteriæ, & in has hient; quicunque enim affusus humor vel flatus ab arteriis in cellulas erumpendo ab his in ramum splenicum patentem viam adinvenit. Conjecturam firmat inspectio, l

cel

subobscura, semiexsiccati Lienis, in
is cellulis extremi arteriarum fines
n appensis glandulis, quæ licèt sicci-
quasi obliterentur, attamen adhuc
spiciuntur; quare in naturæ statu
tasse in cellularum spatiis circumpo-
s arterioſis propaginibus pendebunt,
saltem lateraliter cellularum parieti-
hærebunt, quod nequaquam est in
ura novum, ut de mammis & consi-
ibus aliàs fortè dicendis patebit.

Licèt ergò caro Lienis non sit ex opi-
ne nostra glandulosa, verùm paren-
matica, attamen æquè ac glandulosa
statu p. n. omnis generis sordes spon-
in morem in se imbibit, ac ita con-
et; vel quando nimis induruit, maxi-
nobis mala minatur. Hînc etiam, ut
Hippocrate 4. *de morb.* legimus, Lien
st caput plurimis ægritudinibus sub-
tur, & variorum morborum author
stit.

Hæc Lienis caro multis in deliciis est;
ant enim illum, præsertim vitulinum
illum, cepisque infarciunt, aut eli-

xum

xum cum viſceribus aliis pulteque pi
tatâ conditum apponunt.

Brayerinus l. 12. de re cibar. c. 17. r
tionis ſuæ populos Lienes vitulinos
mento implicitos, aſſos mandere,
tanquam præſentaneum remedium ſp
nici doloris magnis laudibus efferre t
dit. Bubulum quoque aſſum vel elixu
in cibo eidem ſuccurrere dolori *ieiun*
c. meminit. *Galenus lib. de bon. & m*
Cib. ſucc. c. 4. cæteris omnibus ſuilli
præfert. Quicunque tamen ſit, ci
non rarò ſit ſucci pravi, parùm alat, æg
in ventriculo concoquatur & peſſi
nutriat, menſis delicatiorum exulat. C
minus olim apud Romanos tutò men
appoſitus eſt, ſi *Plinio l. 28. hiſtor. nat*
4 fides adhibenda ſit.

Quamvis autem rarò & non niſi p
pulis vulgaribus iſte in ciborum num
ro ſit, attamen ex variorum animalium
Lienibus varia ac egregia etiam medi
menta, ſpecifico & ſingulari modo
Lienis dolore non parum auxilii pr
ſentia, parantur. Lien ergò canin

e *Autore l. 2. d. diat. & l. de morb. intern.*
iventi eximatur & assumatur, admo-
m Lienosis prodest. Erinacei assum-
s & hædi dolori impositus, præsen-
eum, ut scribit *Otto Brunsfelsius l. 2.*
ron. medic. simpl. pag. 196. remedium
Apri recens capti Lienem assum
comestum vertiginem ex templo tol-
e, experimento *VValtheri ab Hirn-*
m testatur *G. Hier. Velsch. cent. 3. obs.*
ist, dicit in notis ad hunc locum, Lien
ν νόσον ἦπαρ, ex sententia *Aristotelis*
Histor. animal. c. 6. Unde & singulari
oprietate cerebro amicum esse, & vi
adam adstringendi, vapores ex ven.
elevatos reprimendo, vertigini pro-
le potest. *Oswaldus Crollius in Basi-*
Chymica ex splene bovis extractum
rat, quod in omnibus Lienis obstru-
onibus singulare auxilium præstat. *Jo-*
h. Quercetanus in pharmacop. dogmat.
titut. l. 1. *c.* 1. item *Joh. Schroderus in*
rmacop. Medico-Chymic. pag. 170.
coctum splenis bovis contra Lienis
structionem ac scirrhum mirificè

com-

commendant. Et si ex abjectissim
corporis nostri partibus, v.g. urina, pi
pharmaca conficiantur egregia, quid
ex Liene ejusdem quoq; medicame
præparari queant.

CAPUT X.

Lienis fibras proponit.

FIbrarum, quibus universus Lien
patur, tantus est proventus, & m
ra implicatio, ut abunde naturæ solc
tia in custodiendis fulciendisque pr
priis machinis innotescat. Harum str
ctura ususque apud Anatomicos co
trovertitur. Antiquiores enim pro sa
guineis vasculis habuerunt in innum
ram ramorum sobolem diffusis, harus
que cavitatem experientia conati su
firmare nonnulli Viri Clarissimi, addit
insuper rationibus; Nam sicuti hep
vasorum implicatione sanguinem rec
pit, continet, ab impuritatibus defæca
ipsumque tandem cordi submin str
materiam transvehendo per totum pa
renchyma; ita cùm quid simile in Lie
succedat, vasorum eadem implicatio r

qu

retur. An cavæ ergò hæ fibræ sint,
c est, nil nisi extremitates vasorum,
minimas usque partes solutæ, an soli-
, hoc est, stamina filosa & nervosa Lie-
substantiam πῶλον constituentia,
quiritur meritò. Scrupulum pepere-
nt hunc, tùm ex veteribus, qui cre-
derunt, vasa ipsum parenchyma non
rvadere: tùm ex recentioribus *Higho-
rus & VVhartonus* verò arbitrati sunt,
ras has nervosas distinctum à vasis
rpus esse. *Andr. Vesalius Fabric. corp.
m. l. 5. c. 9.* idem statuere à nonnullis
idem dicitur, cujus tamen sententia
detur, venas & arterias saltem non eâ-
m ratione conformationeque simili
plexum facere, prout in hepate fa-
um. Verba ejus ita leguntur: *Vtcun-
e enim multas venas ac arterias Lieni
seri certò cognoscimus, nullæ tamen per-
de ac in jecoris & pulmonis corpore per
bstantiam ipsius dispersæ animadver-
ntur nisi perquam raræ eademque ad-
odum graciles: non aliter, quàm si simul
que rectam Lienis lineam ingrediuntur*

vasa

vasa in innumeram ramorum sobolem di
funderentur, adeò tenuium, ut cavitat
quodammodo carentes fibræ potius quàm
vasa nuncupandi essent. His ce ramis seu
bris undecunq; in se convolutis, crassus a
modum sanguis obducitur, quem Eras
stratus hîc quoque, quòd vasis circumfunda
tur, παρέγχυμα, uti & in jecore, ap
pellavit. Neque profectò tenuis sanguis
quo Lienem vulgò propter arteriarum
frequentiam enutriri damus, sola raritat
substantiæ Lienis causa esse videtur, sed in
numerus ille fibrarum (vix ausim eni
arteriarum dicere & venarum) impl
xus. Talis igitur mihi Lienis in sanis ho
minibus apparuit substantia. Has fibr
ex genere vasorum emersisse, & vasc
rum naturam retinere, cavas esse & san
guinem vehere Cl. *Joh. Theod. Sche*
ckius Exerc. Anat. 6. l. 1. s. 2. c. 24. demon
strat primò experientiâ, si stylo immiss
harum distributionem prosequamur
in nulla enim alia corpora tandem dir
mi deprehendantur, quàm in antedicta
hasce fibras, quas venabula & venastr

re

è, ut putat, appellavit ſubtiliſſimus
liger; deinde ratione, quod idem ex-
re officium debebant, atque minor
plexus vaſorum iſte conſpicuus in he-
e; cujus officium eſt, ſanguinem re-
ere, continere, & ſegregatum ab im-
itatibus ſuis cordi transmittere. Aſt
cùm fieri non poſſet, priusquam u-
erſum hepatis parenchyma pervade-
t, quid lex quæſo ſimilium in Liene
ad atque id ipſum promitteret. Addic
am, quòd parenchymata ſint propter
a, non hæc propter illa juſto conſilio
Deo condita. Earum quoque duri-
s diſſentientem non moretur, &
òd nullam cavitatem habeant, & quòd
mbranæ ſuperficiem contingant. Ni-
enim apodictici inde ſequi: ἀλλότρια
e: ita melius conſuli organo: ita ejus
ficio: vaſa eundem cum fibris ſtrictè
ctis uſum adminiſtrare: & demùm
tia præter neceſſitatem non eſſe mul-
licanda, apertè fatetur.

Verùm ſi hujusmodi fibræ Lienis
ictè dictæ ex genere vaſorum eſſent,

co-

eorumque naturam retinerent, etii
ſanguinem veherent; aſt ne guttula qu
dem ſanguinis per diſſectionem earr
deprehenditur; quòd ſi interdum ſſa
guine inficiantur, potius ex ſecta alic
arteriola vel venula proxima prover
ſubſtantia earum nervis haud diſſimi
eſt; & uſus, quem habent, etiam div
ſus eſt. Nec nervis in ſucco vehem
ſunt auxilio, ut *Franciſcus Gliſſonius*
nat. Hepat. c. 45. & *Thom. VVharton*
Adenograph. c. 4. crediderunt, ac idd
novo hoc aſſignato uſu eas cavas fec
runt; quomodo enim liquorem nut
tium veherent, cum ſpirituum anim
lium diſtributioni in Liene inſerviant?

Marcell. Malpighius de viſcer. ſtr
Etur. Exerc. Anat. de Liene c. 3, an
iam ſingula quæque filamenta fibras co
ſtituentia cava ſint, adhuc dubitat, qu
dum fibras componunt, eandem imp
cationem & productionem ſervant, qu
lis in fiſtulis arborum ramos comp
nentibus obſervatur, & licèt in mer
branam abſumantur, adhuc tamen p

iod ſpatium determinatam inclina-
em retinent: Quoniam autem *Spi-*
s obſervavit, interiorem Lienis
nbranam hujusmodi fibrarum effor-
am plexu, oſſeam fieri, & interdum
lagineam, quod ipſe in bove ſemel
t; non videtur vaſorum natura de
i his competere poſſe. Et oculatior
ectio hujusmodi filamenta tantùm
tenuia & valida, nullam cavitatem
entia, prout ſenſus attingere valet,
à venis vel arteriis orta demonſtrat,
igenti indagine ipſarum exortûs im-
atio, & ſtructura examinetur.

Nos fibras has corpora ſolida, ſeu
ina filoſa & nervoſa, quæ tamen
s non carent, cenſemus. Et hæ ena-
tur ab interiori Lienis membrana,
r transverſum producuntur in op-
tam dictæ membranæ partem, ſeu
apſulam quandam, ſive commune
lucrum vaſorum per medium Lie-
erreptans. Non idem ſervant pla-
, ſed identidem ſibi occurrentes
iviſæ propriæ ſubſtantiæ, vel fibru-

larum

larum, seu capillarium partium dimid
tâ portione consimilibus inosculantt
ita ut mirus fiat nexus, & rete, & dl
membranæ accedunt, bifurcantur; ut
multiplicibus veluti ramis in ipsam
seruntur. Componuntur hæ fibræ ex
lamentis, seu minoribus aliis fibris
longum ductis; etenim scissæ filam
torum elegantem implicationem, ram
rumque productionem exhibent; extr
mis autem finibus per latum extensis
membranam desinunt; unde satius
detur credendum, fibras hasce proc
ctiones esse membranæ propriæ Lien
ejusque capsulæ propriis staminib
consarcinatas, ut sanguinea vasa, m
lisque Lienis structura conservetu
eumque locum habere, qualem in æ
ficiis ferrea illa vincula, quæ areubus
robur subtenduntur.

Et huic nostræ opinioni multi fave
Anatomici. *Nathan Highmorus Disq*
fit. Anat. l. 1. part. 3. c. 3. Nullo modo,
quit, tàm variis anfractibus venæ cr
arteriis implicantur; nec ut in hepate

portæ & cavæ propagines diſſemi-
ntur, & inoculantur; ſed plexus illi, &
oculationes, quæ in Liene conſpici-
tur, à fibris invicem contextis oriun-
r. Fibræ hæ ab Anatomicis pro venis
bitæ, quaſi rami ſplenici eſſent propa-
nes, ſunt reverâ filamenta tenuia, vali-
, nullam cavitatem habentia, nec à ra-
o ſplenico, ſive arteria originem du-
ntia, ſed variè inter ſe complicatæ fi-
æ, quaſi retia multa complicata, &
nnexa fuerint; utrinque tunicæ late-
bus firmiter adnectuntur; ex qua prin-
pium ducere videntur, circa quas fi-
as parenchyma Lienis, carnoſa
ædam ſubſtantia leviter undique
rcumvoluta, adhæret, interjectis
ivis foraminibus plurimis, quæ can-
llos, ſeu vacua i la ſpatia, quæ retium
ordis interjacent, referunt, ſeu fora-
inula illa inania in ſpongia, aut pumi-
exprimunt: & fibræ parenchymate
ſtitæ, filis retium, ſeu partibus conti-
is pumicis, aut ſpongiæ appoſitè ſa-
; adſimilantur. Mirificè inter ſe cond

texuntur, adeò, ut hac in parte natu
artem ſuam maximè oſtentare videatu
& opus tàm mirandum ex induſtria co
fecit, ut fabuloſas illorum opinion
convellat, qui membrum eſſe otioſum,
nullius uſûs affirmant.

Et ut Cl. *Antonius Deuſingius d.*
brie. corp. hum, part. 1. c. 6. ſcribit: Fib
frequentes ceu filamenta tenuia ac v
ta, nullam cavitatem habentia, per u
verſum Lienem ſparſa, ſibique invic
retium plurimorum in modum conn
ſunt, quibus intertextum eſt ipſum
renchyma; quæ pro venarum & ar
riarum anaſtomoſibus perperam
bentur. Eæ ad Lienis ſuperficiem q
quaverſum pertingunt, ac ſub prædi
tunica communi in peculiarem tunic
circa Lienem expandi videntur.

Concludimus ergò, fibras hasce i
liquorem quendam per Lienis pare
chyma delatum elicere, eumque in i
vos capillares, quibus conjunctæ ſe
transferre, ut *Franciſc. Gliſſonius A*
Hepat. c. 45. pag. 523. credidit; ver

ritus animales per ejusmodi nervos
illares ſuſcipere, à quorum in Lie-
n influxu ſanguis plusquàm in eo per-
tur, taliquè tincturâ donatur, atque
diſponitur, ut excrementa in ſingu-
partibus à ſanguine ſeparari, & per
ta ſua emunctoria expelli poſſint, atq;
guis ipſe in nobiliores corporis hu-
ni uſus abeat. Et præter uſum hunc
marium laxum quoque ac ſpongio-
n Lienis parenchyma ſtabiliunt, ne à
guinis ex arteriis affluentis impetu
tum diſſiliat. Et Lien ipſe, ut Cl.
ntonida van der Linde in Med. Phy-
gic. loquitur ob infinitatem quaſi
orum, quæ ſicuti eſt oculis in ſecto
via, ita integro laxitatem conciliat.
verò diſtinguit non ſuâ ſed *Hippo-*
tis autoritate *l.d.carn.t.*19. Et in ea-
n etiam opinione fuit *Hoffmannus li-*
*d.uſu Lien.c.*1.

An etiam ejusmodi fibræ in Liene ca-
atem faciant, adhuc ſub judice lis eſt.
ffmannus l.c. pag. 5. *&* 6. utrumque
venam & arteriam, antequam Lie-

nem tangant, propagines aliquot de:
mittere: ſed poſtquam tetigerunt, im
nea alba in minimas tantumque non i
numerabiles venulas & arteriolas dii
mi, ut jam non vaſa, ſed fibræ vidi
poſſint; itaque per ſubſtantiam Lienis
ordine nondum ſatis cognito, diſperg
multâ intus relictâ cavitate, ſcrib
quemadmodum quoque in hepate rel
quitur à venæ cavæ & portæ ramulis.
tem cavitatem hanc ſolùm vocat, qua
faciunt vaſa, ea tamen adeò exilia, ut ſi
lum non admittant. Non degener
autem in fibras, ſed manere vaſa h
comprobat. Vaſorum plexum ca
tatem vocavit *Hippocrates l. 4. d. mo*
κοιλότατον καὶ ἔγκοιλον εὐρυχοε
πλείσην ἔχειν, φλέβας ὠρέας
παχείας, καὶ ἐλκωδεῖς ἔχειν. H
locus errorum plurimorum de uſu L
nis fons exiſtit, favetque eorum o
nioni, qui atrambilem ſeu melanch
liam attrahi à Liene & coqui adſt
xerunt.

§

Sed nemo hactenus Anatomicorum
it vacuum hoc ad oculum petentibus
ibere; quique etiam hujus in scri-
suis mentionem fecerunt, perperam
uuntur. *Vesalius Fabric. corp. hum.*
c. 9 cum membranas Lienis cavo
eri scribit, ejus partem simam seu ca-
m subinnuit. Cavitates veluti in he-
e constitui à venis & arteriis, quæ in
enem absumuntur, disertè pronun-
t *Hoffmannus*, deque his explicandum
rà citatum locum *Hippocratis* esse
cet. Penitùs eandem negavit etiam
ancis. Vlmus Pictavienses contra *Gale-*
n, & ejus asseclas. Excell. *Thomas*
rtholinus Anat. reformat. l. 1. *c.* 16. nul-
n amplam cavitatem in Liene admit-
. quemadmodum in folliculo fellis &
renum sinubus membranosis atque
ica videmus. *Riolanus Anthropolog.*
c. 13. ex *Arantio* & *Spigelio* solùm me-
mit arteriæ splenicæ, quæ ampla satis,
ractuosa & sinuosa ad Lienem ac-
lit.

Nathan Highmorus Disquisit. Anat. l. 1.

part. 3. c. 3. postquam ex tunica Lien
fibras originem ducere censuit, dii
tunc oriri foramina, darique pluriu
in Liene, quando circa fibras pa ree
chyma Lienis, carnosa quædam su
stantia, leviter undique circumvolu
adhæret, quæ cancellos seu vacua i
spatia, quæ retium chordis interjacen
referunt, seu foraminula illa inania
spongia aut pumice exprimunt, & fib
parenchymate vestitæ filis retium
partibus continuis pumicis aut spong
appositæ satis assimilantur. Et *Exer*
de Melanchol. Hypochondr. c. 4. Lien, u
scribit, præter cætera vasa propagine
nervosam à sexto nervorum pari ob
nuit ac innumera fibrarum filament
tenuia, valida, variè inter se complica
quasi retia multa simul implicarentur,
trinque interiori faciei adnata, ex qu
bus principium ducere videntur, & t
tam penè Lienis constituunt mole
circa hæc carnosa quædam substantia l
viter undique circumvoluta, Lien
parenchyma constituit porosum,

qua

asi spongiosum ; foraminula interje-
, inania, sicut in pumice, quædam
ajora, quædam parva habet. In qui-
s arteriæ cum nervi ramusculis disper-
sanguinem copiosè effundentes, to-
m Lienis irrigant substantiam, & in-
ia illa & spongiosa foraminula san-
ine fervidiore replent, qui à vena rur-
s lacunatur, & in portam effusus he-
ti mandatur. Præter hæc nulla alia
sa aut ductus novit Anatomia. Cl. *Ioh.*
heod. Schenckio Exere. Anat. 6. c. 24 l. 1.
. salvo omnium hac de quæstione ju-
cio, placuit adfirmare, sinus dari ut in
ongia ita & in Liene, similes poris &
raminulis, plurimos, qui nihil aliud
nt, quàm discontinuatæ & circun.stan-
s ipsius parenchymatis partes, fibro-
istis & innumeris vasorum dispersi-
rum plexibus intersitæ & adjectæ, quæ
men, si substantia Lienis nimis humi-
est, mollis & laxa, plurimo sanguine
umoso, ut sæpius in dissectis observa-
r, scatent; quin si indurata est, sicca
irrhosaque Lienis substantia exiles ad-

modum fiunt, ac sub ipsa sectione pertus dissolvuntur & pereunt.

Ab incauta etiam & festinante parenchymatis apertione, cum anastomoses & divaricationes vasorum inquiruntur, sinus & cavernulæ adulterinæ pro veris se plures manifestant, cùm scilicet utriique à vasis parenchyma divellitur.

CAPUT XI.

Lienis membranas illustrat.

MEmbranarum generatio, provectus & usus adeò in natura familiaris est, ut non solùm singula corporis membra, quoquo modo muneri alicui dicata circumducantur, sed quæ naturam ipsam oppugnant, eamque à recto operandi ratione deflectere coguntur, tàm providè membranis ipsis donentur, quemadmodum in tumoribus præciput accidit, ut suspicari possimus, aberrantem etiam naturam membranarum texturam eligere; unde nil mirum, si providè Lien, qui necessariò firmitudinem certosque propriæ compagis termin[os] exig[it]

gebat, ſuis membranis circumam-
tur.

Galenus l. 4. de uſu part. c. 16. tunicæ,
e ipſum ambit, meminit; & hæc non
dò eſt vinculum, ſed & tunica, ut &
minatur, tegens, veſtiens omni ex
te viſcus.

Tunicam ergò ſubſtantia Lienis ob-
uit tenuem, nonnunquam tenuiſſi-
m; ſi tamen cum illa hepatis confe-
ur, craſſior apparebit, ut vim ſangui-
s arterioſi melius ac fortius ſuſtinere
ſſet. *Antonida van der Linde in Med.*
yſiolog. craſſitiem hanc à duplicatura
lorum & peritonæo provenire arbi-
tur. Vidit tamen eam Cl. *Schenckius*
in cadavere fœmineo ſummè te-
em.

Oritur à peritonæo, & lineæ rectæ
enis inſeritur, totumque poſtea viſcus
ccingit. Et hæc, teſtibus *Anderneco,*
auhino, Riolano, Bartholino, Conringio &
henckio in ſenibus & morboſis ſæpè
craſſatur ac indurat ur, evaditque ſcir-
oſa, ligamentoſa oſſea & cartilaginea.

Hanc ita craſſam & condenſatam in ſplee
netico lecto obſervavit Excell. *Thomas Bartholinus cent.* 1. *Hiſtor. Anat.* 80. & *cent.* 4. *Epiſt. Med.* 14. ut corium bubu-
lum craſſitie æquaret, & levi operâ ma-
nu à parenchymate ſeparari poſſet & ex-
ſiccari. Exſiccatam autem eam, quam
in Muſeo ſuo adſervat, gluten ſiccum pra-
ſe ferre ſcribit. Aliquando à nimio
calore ac ſiccitate adeò exſuccus eva-
dit, ut vitri in modum frangi poſſet. Sic
in Spoletano podagrâ benè vexato atq;
extincto, teſte *Ioh. Schenckio l.* 3. *obſerv.*
Med. Lien inventus fuit planè exſuccus,
omnique pulpâ carens, marſupii in mo-
dum inanis, ſiniſtris hypochondriis affi-
xus. Nonnunquam pinguedine ob-
ducitur, quæ tamen propè lineam al-
bam potius omento, quàm veræ Lienis
membranæ adhæret. Ejusmodi con-
ſtitutionis fuit in viro quodam quin-
quagenario, ut Cl. *Ioh. Theod. Schen-*
ckius l. c. refert, qui capitis ſupplicio
affectus publicæ diſſectioni Jenæ expo-
ſitus eſt. Dubitari autem poſſet de ha-
pin

nguedine, num adnata huic membra-
fuisset, an verò portio omenti, à qua
a aliena non est.

Alteram tunicam habet Lien ab o-
ento mutuatam, quæ, notante *High-*
oro Disquisit. Anat. l. 1. part 3. c. 3 a li-
ea recta in ejus medio infixa totum po-
ea viscus succingit, hactenus pro sim-
ici habita, & à priori non distincta.
em assertu difficilem judicat Cl. *Schen-*
ius. Pauci enim pinguedinem in gib-
a ostenderunt. Qua in sima ad Li-
cam Lienis, quam credit conflatam esse
congressu omenti cum membranis
sorum parenchyma ingredientium,
proximat, sæpius pinguedo apparet,
rò verò aut nunquam in dorso & su-
erficie reliqua.

Acutissimus *Antonida van der Linde*
Med. Physiolog. lineam Lienis unicè
mento deberi dixit. Et *Casp. Bauhi-*
us Theatr. Anatom. l. 1. c. 43. simplicem
anc tunicam eamque tenuem ab omen-
membrana, quæ Lienis lineæ rectæ in-
ascitur, vocat. Hanc autem à perito-

næo

næo productam voluit; cùm tamen re
verâ rudimenta omenti sint, sub initi
in fœtu priora peritonæo. Hanc *Rio*
lanus in Enchirid. Anat. l. 2. c. 26. pro
priam Lienis vocat, cùm communem
non habeat. Unde etiam eam facil
dimoveri putat Cl. *Schenekius l. c. Petr*
Laurembergius Colleg. Anat. Exerc. VI
tunicam foris Lienem circumplectem
tem non unam, sed etiam duplicem faci
alteram partem peritonæi, alteram
jusm: t propriam. Quod similiter sta
tuit *Francisc. Oswald. Grembsius Arbo*
integr & ruinos. l. 1. c. 8. §. 6. Quibu
calculum etiam subjicit *Marcell. Ma*
pighius de viscer. structur. Exerc. Anat.
Liene. c. 1. secundum cujus opinione
exterior membrana satis valida est, t
tum ita ambit Lienem, ut veluti marsu
pio contineat, quod in ove præcipu
appareat; in aliquibus autem non totu
involvitur Lien, sed exigua ejus quæda
portio, quæ ventriculum tangit, non ob
velatur, ex quo emergit dilucidatio sen
tentiæ eorum, qui hanc tunicam affi
run

t expansionem omenti esse, vel mavis:
itonæi productionem Lienem obve-
tis; nam diaphragmati in bove hæ-
s communi ambitur involucro. Et
c membrana, ut porrò *Autor* Clarissi-
s docet, suos nervos, venas, arterias,
ras & vasa lymphatica habet. Detra-
autem hâc exteriori tunicâ, porrò in-
it, quod facillimo succedit negotio,
currit altera lævis & firma, totum Li-
em ambiens, nullibique perforata,
æterquam ad vasorum ingressum &
ressum; non adeò tamen densa est,
in per ipsam aëris portio non erum-
t, dum vi in vasa intruditur, quæ ta-
en ab altera superextensa membrana
ërcetur. Componitur hæc non va-
, & irregulari filamentorum contex-
, ut solenne est in cæteris panniculi
, sed eleganti & mirâ fibrarum impli-
tione contexitur, quæ fortè describi
rquit, sed solo intuitu attingi potest;
singulis enim suæ substantiæ particu-
s, ubi interiores fibræ transversim Lie-
em excurrentes nectuntur, tenuia quæ-

dam

dam ſtamina, hînc inde ab hoc puncto
veluti à centro quodam diramificantur
donec contiguis fibris à conſimili exor-
dio emanantibus occurrant, cum quii-
bus implicatione factâ, totam hanc pan-
niculi ſtructuram efformant: hoc totum
laceratione mediâ emergit, ſi per lom-
gum in bovino Liene fiat; facilior nam-
que contingit fibrarum ibidem integr-
ſeparatio, cùm præcipuè verſus ſuperio-
ra rectitudinem habeant. Membranam
iſtam oſſeam fieri, â pluribus eſt obſer-
vatum, & *Boſchius* ita induratam verſu
abdominis muſculos vidit, ut ſcirrhum
in ipſo ſubeſſe ſuſpicaretur. Non rarò
in ovibus præcipuè, concretos calculo
ex gypſea materia, vel melicerides, alio-
osque tumores obſervavi, ex varia for-
tè eructata ab extremitate vaſorum cor-
creſcente materia. Arteriarum finibu
irrigatur hæc membrana; nam ſi atra
mento, vel aëre turgeat ſplenica arteri
interiora Lienis pervadens, extremi ra
mi verſus omnem peripheriam, brevite
tamen producti, tribus vel qvatuor ra
mu

is ulterius subdivisis assurgunt. Idem
m observatur tumefacto ex aëre, vel
amento, splenico ramo; etenim in
mbrana investiente ampli rami hinc
e disperſi, infuso humore referti at-
untur, & secto etiam per medium
ne, insignes veluti arborum radices
rehenduntur rami, calore infusi hu-
ris aspersi, qui probabiliter ex con-
uata via, quam ater humor immissus
ignat, splenici rami soboles sunt.

Usum harum membranarum nos esse
imus, ut scilicet materiam LIENIS flui-
m colligant, contineant, ac à fluore
efervent; aliàs esset quasi placenta
guinis concreti; vel stercoris bubuli
entis instar, ad mentem *Thom. Whar-
ri Adenograph. c.* 4. diffluëret. Unde
am densitas earum in his maximè con-
tere videtur, ut rectius tenuia & liqui-
ia, ne excidant, & hydropem creent,
iis contineantur.

CA-

CAPUT XII.

Lienis vasa & primùm ejus arterias disquirit.

VAsa vitæ fontes antiquitus habit[ae] singulas animalis partes affluent[es] irrigant, & præcipuè viscera, in quibus novâ lege & in situ ita implicantur, ut ad peculiare opus quasi damnentur ideò cùm in hujusmodi censum Lien r[e]feratur, vasorum copiâ necessariò ditatur. Sunt igitur ejus vasa 1. arteriæ 2. venæ. 3. vasa lactea. 4. lymphatica. & 5. nervi.

Arterias habet à ramo aortæ descendente supra cœliacam posito; & propriè nomine Splenicus vel Lienaris ab *Arantio*, primo ejus proditore, *Anat. observ. c.* 38. dicitur, quia solus ad Lienem progreditur. Quamvis enim â cœliaca ramo sinistro oriri has cum *Galeno Vesalius, Spigelius, Laurembergius, Veslingius, Bartholinus. Highmorus*; *Deusingius* & alii statuant, accidatque ob naturæ lusum & à cœliaca aliquando pronata

ob[ortas]

ervâsse, frequentissimè tamen, ut re-
monet *Riolanus* in *Enchirid. Anat.* &
imadvers. in Bauhinum, non recipit
erias à cœliaca, sed habet insignem si-
peculiarem, quæ varicosa ambigiosè
Lienem progreditur.

Hînc gloriatur etiam, quòd hanc ar-
iam in hoc situ sæpius publicè de-
nstraverit; quòd oculari fide etiam
estati sunt postea *Rolfincius*, *Lindanus*
alii. Imò etiam ipsi *Hippocrati* 4. *de*
rb. t. 13. cognita quædam de origine,
ogressu & insertione fuisse videntur.

Processum ejus nos ita delineamus:
itiò quidem est indivisa, paulò post
oducit surculos tot, quot conjunx
lenica vena. Ante divisionem ex su-
riori parte gastricam sinistram, quæ
medium partis posterioris ventriculi
rrigitur, inde ascendens orificium si-
strum coronæ instar cingit, & coro-
riam arteriam constituit. Ex infe-
ori parte mittit epiploides sinistras,
æ in sinistram omenti regionem pro-
ctæ ad colon varios etiam surculos

mit-

mittunt. Deinde post divisionem spa
sis de se his ramulis, Lieni adproxim
& dividitur in duos ramos. Superior i
ferit in τὴν κεφαλὴν caput: inferi
in τὴν πλευτὴν caudam Lienis. Hoc a
sertore *Highmoro* in homine accidi
in brutis tota in partem ejus inferiore
implantatur.

Ex superiori producitur vas bre
arteriosum, non unum & simplex, sed
tribus, quatuor, quinque, nonnunqua
sex surculis constans: Rarò emergit
splenica Lienis cavo jam immersa: fe
semper ante ingressum. Inseritur in
nistrum fundi ventriculi latus superiu
Inferiorem arteriæ hujus ramum cu
vena sua ἀναστόμωσιν facere ex *Riola*
Anthropolog. notat *Spigelius*. Tandem
uterque ramus in Lienem, ubi linea
jus seu sutura recta est, immergitu
πολλοῖς καὶ μεγάλοις pluribus & magn
propaginibus, à *Galeno l. 4. d. usu par*
c. 15. adnotatis, quæ uniuntur, & un
membranâ copulantur cum venis. Ex
plorari id potest duobus stylis, altero pe

an

eriam, altero per venam intromisso: ontingunt se tandem in uno puncto. Divisiones autem hæ vasorum in incessu sunt majores, deinde sensim & nsim attenuantur, adeò ut aranearum is similes conspiciantur, unde multi enem non ingredi dixerunt. Longè men aliud experientia nos docet; marato enim colliquefactoque Liene, arriolarum venarumque quaquaversum r totam Lienis substantiam dispersam fruticationem cernimus, quod dexritati *Highmori Disquisit. Anat. l.* 1. *part.* .3. adscribimus; cujus etiam experientum fecit *I. Iacob. VVepferus*, quemmodum apud *Thom. Bartholinum Diab. de pulmon. l. c.* videmus

Pancreas etiam obliquo & flexuoso ctu pererrat arteria hæc splenica. Un- *Iul. Cæs. Arantius observ. Anat. c.* 35. nòd una ab aorta ad Lienem propagata teria obliquo flexuosoque, anguis in odum, ductu per pancreas progrediatr, ac sinubus hînc inde sit prædita, & uod oculatissimi Anatomici id non obrvaverint, miratur,

Cl.

Cl. *Higmorus Disquisit. Anat. l.* 1. par. 3. *c.* 3. hunc arteriarum processum singulari hoc modo nobis ita describit : *Arteria ex cœliaca, satis magna, enata, transversim per inferiorem omenti membranam se distendit. In medio itinere bifurcata, alter ramus ad Lienis partem elatiorem in homine & in cane, alter ad demissiorem profertur, qui in varios divisi surculos, in substantiam ejus inseruntur. In vaccis, ovibus & damis non est divisa, sed tota in partem ejus inferiorem implantatur, quia partibus superioribus fortitur ventriculo alligatur cùm verò utrinque substantiam ejus intrârunt, variè per eam in plurimas ramorum soboles diffunduntur, ut in bovis Liene videre licet. Venas nullas habet in bove, damis, ovibus sed ramus splenicus, cùm ad Lienis sedem inferiorem pervenerit, quamprimùm pernetunicam ejus penetraverit, in porosam Lienis substantiam statim desinit ; quæ in illam, variis foraminulis pertusam sanguinem effundit, unde in portam reducitur. In humano verò Liene, paulò altius in sub-*

stan-

...riam ejus unà cum arteriæ ſurculis pe-
...rant, nec tàm manifeſtim perforantur,
...n bove, quibus foraminulis ſanguinem
...ubſtantia Lienis recipiunt. Nullo mo-
...tàm variis anfractib⁹ cum arteriis im-
...cantur, nec ut in hepate venæ portæ &
...æ propagines diſſeminantur, & inocu-
...tur: ſed plexus illi & inoculationes,
...e in Liene conſpiciuntur, à fibris invi-
...m contextis oriuntur.

Cl. *Marcell. Malpighius de vi-*
...r. ſtructur. Exercitat.. Anatom. de
...en. cap. 3. de arteriæ ſplenicæ ab a-
...ta deductæ, ex ortu & productione
...n multùm diſputat, verùm ejus tan-
...m hiſtoriam, prout viſcus hoc perva-
...t, ex ſingulari autopſia ita delineat:
...ac arteria diverſo ritu animalium ſple-
...m intrat, etenim in bove & ove unicus
...ipſius ramus, qui interius in multipli-
...s ſcinditur ſurculos. In homine autem
...ne, equo & aliis, tribus vel quatuor;
...andoque pluribus ſubintrat ramis; hi
...enarum extenſos tubulos, in Liene præ
...teris amplos, proſequentes, hinc inde pro-

du-

ductis surculis, extremis tandem divarica-
tionibus ad nova quædam corpora, & ea
Lienis spatia desinunt : reliqui autem i
exterioritunica absumuntur : hoc totum
in bovino, suillo & ovino Liene facilius
innotescit : in homine tam flaccida est Le-
enis substantia, & tantus est sanguinis coer-
citi proventus, ut vasorum alioquin exi-
lium progressus de facili effugiat ; paten-
autem vasa injecto atramento, quo arteri
denigratur, & scisso per longum vena du-
ctu, si hinc inde leviter abradatur Lien
substantia, multâ aquâ abluatur ; sub ven
etenim à latere tàm nervorum, quàm
sub ipsis nervis exilis quædam arteri
productio, si super extensa comparetur ve
na, deprehenditur, quæ nervorum & vena
rum subsequens diramationem, minima
hinc inde promit propagines, sicuti in ali
vasorum germinationibus contingit : Hi
jus extremi fines multiplices sunt, & re
collecti equinam caudam efformant, quo
in equorum etiam Liene levi abrasione pr
cæteris observatur. Hi multiplices ramo
rum fines arctè amplexantur, exigua qu
dam

corpora per Lienem dispersa, inferius
onenda; aliis autem ulterius produ-
propaginibus, in membranam desi-
t, quâ Lienis spatia inferius lustranda
itantur, cæteri arteriæ fines ad investi-
em tunicam producuntur, ut patet in
cto Liene, cujus arteriæ aere vel atra-
to turgeant. contingit etiam, ut arte-
rum rami ad peripheriam Lienis de-
ti reflectantur versus ejusdem superfi-
n, & contiguis propaginibus impli-
tur.

Ateriæ ergò numerosissimæ & insig-
s in Lienis substantiam sparguntur,
arum usus apud varios Anatomicos
Medicos multiplex est. *Andr. Lau-*
tius l. 1. *Histor. Anat. c.* 18. & ex eo
cutus Lusitanus l. 6. *Histor. Med. prin-*
. 4. *pag. m.* 929. quatuor earum usus es
scribunt; quorum primus est, ut pul-
ione suâ fœculentum expurgent atte-
entque sanguinem: ut enim pulmo
hem enti refrigeratione, ita splen ex-
rgatione insigni indiguit. Secundus
teriarum usus est, ut crassum hunc

san-

sanguinem ex venis in substantiam Lienis excidere sollicitent. Tertius, ut Lienis calorem fœculento succo pene obrutum ventilent, ne langueſcat. Postremus, ut vitalem facultatem Lieni tribuant, *Adr. Spigelius Fabric. corp. hum. l. 8. c. 14.* Lienem quintuplo plures habere arterias à cœliacæ ramo sinistro, quàm venas scribit; hinc omninò credibile putat, in Lienis tumoribus aliisque affectibus scirrhosis, materiam copiosiorem in arteriis quàm venis contineri, & propterea per arterias quoque sæpius, quàm venas evacuari.

Petr. Laurembergius Colleg. Anat. Exerc. VII. arterias Lienis servire tradit (1) validiori sanguinis elaborationi, quam promovent motu suo. (2) calori è corde advehendo, quo maximè indiget Lien. (3) expurgationi serosi liquoris, quo Lien inter cætera abundat.

Excell. *Hermannus Conringius l. de Jang. generat. & motu nat. c. 21.* unicum secundum naturam arteriarum Lienis usum facit; nempe sanguinem in Lienem ad-

advehere, quo & coctio aliqua possit in viscere institui, & quod coctionem est passum in venas propelli.

Gothofred. Mœbius Med. Physiolog. c. 16. usum arteriarum Lienis statuit, sanguinem fœculentiorem â corde Lieni, partim pro nutritione, partim etiam pro usu publico adducere.

Et Excell. *Thom. Bartholinus Anat. reformat. l.* 1. *c.* 16. arterias Lienem habere magnas multasq; à cœliacæ ramo, secus quam hepar credit. (1) ad vitam & calorem innatum fovendum. (2) ut fortius mutari possit sanguis. (3) ut ad nutritionem sui accipiat sanguinem, & præparet insuper acidum succum cum sanguine arterioso ad se delatum pro chyli & sanguinis totius fermentatione. Nos hanc *Bartholini* sententiam non rejicimus, verùm potius addimus, quòd tantus arteriarum numerus in Liene reperiatur, ut eò melius chylus tenuior ac aquosior in ipso in sanguinem commutetur: peculiare fermentum acidum ad appetitum excitandum, chylique in ven-

triculo coctionem promovendam generetur, ac demum singularis tinctura spirituum animalium adminiculo producatur, cujus ope chylus in sanguinem coquitur, universa sanguinis massa exaltatur & illustratur, spiritus animales in cerebro, vitales in corde, & semen in testibus ac aliis vasis spermaticis meliorii ac feliciori modo generantur, atque demum partes sanguinis feculentiores, tartaro & salibus sylvestribus imbutæ, sed sero copiosiore mixtæ ita disponuntur, ut postea in locis convenientibus, si non unâ vice, crebriore tamen transitu, beneficio circulationis, separari possint. Ut autem melius Lien dicto officio nobili fungi possit, quintuplo plures in eo reperiuntur arteriæ quàm venæ, plures etiam quàm in hepate. Quare etiam à Cl. *Grembsio Arbor. integr. & ruinos. l.* 1. *c.* 8. *de usu part.* Lien vocatur officina arteriosi sanguinis, constans 400. arteriis, nec ullum viscus quàm splenem tantâ arteriarum propagine refertum vidit *Heurnius Tractat. de jure duumvirat.* §. III.

quam

uando viſcus Lienis ejusque ſubſtan-
iam attendit, ejus parenchyma eſſe cru-
rem noviter grume factum, pelle obdu-
tum, tàm multiplici venarum & arte-
iarum contextu locupletatum cenſet,
t non ſit aliud in toto corpore viſcus,
quod in ſubdecuplo totidem arteriis di-
es ſit. Et *Tractat. paſſiv. decept. ſcho-
ar. humoriſt. c.* 1. Lienem tot arteriis di-
item facit, ut ſibi non habeat viſcus par
n tanta pulſuum vitalitate. Et *Ioh. van
Horn §.* 42. *Microcoſm.* vix alia quàm ar-
crioſa vaſa Lienem intra ſe recipere
cribit; ideoque arterioſum viſcus *Gale-
nus l.* 4. *de uſu part. c.* 15. & contra veno-
um *Hippocrates l.* 4. *de morb.* appellant.

Tanta quoque arteriarum frequentia
dmittenda videtur, ut magnam illam
raſorum implicationem ad continen-
lam ſpongioſam viſceris carnem faciat.
Non attollitur autem à tanta arteriarum
opia, tùm quòd non in ſuperficiem, ſed
otius viſceris ſubſtantiam ſint diſſemi-
natæ; tùm etiam, quòd craſſo & contu-
nace ſanguine in hoc viſcere elaboran-
lo hic motus impediatur. Sple-

Splenicâ quoque arteriâ abutitur nonnunquam natura, ad colluviem vitiosorum humorum in canalem Wirsungianum deponendum, ut extra pomœria nobiliora ad intestina relegetur.

CAPUT XIII.

Lienis venas perscrutatur.

SEquuntur nunc venæ, quas à sinistro venæ portæ ramo, qui splenicus aliàs dicitur, ad Lienem propagari, plerique ferè consentiunt, ipsaque autopsia confirmat. Pauciores tamen ex sunt; hinc etiam ex arteriis Lienis substantia ferè conflata videtur. Splenicus autem hic ramus ante divisionem ex superiori parte producit gastricam majorem, quæ plures surculos ad sinistrum ventriculi latus mittit: ex inferiori parte mittit epiploicam dextram ad omentum pervadentem. Succedunt coronaria stomachica in ventriculum delata, & epiploica sinistra, in omentum tendens; pancreæ multis surculis per pancreas quoque disseminantur; postquam verò splenii cu

eus ramus hosce surculos dispersit, Lieni adproximatur, & vas breve producit.

Iste verò in bove, damis, ovibus, &c. ad ejus partem inferiorem, quam caudam nominant, quamprimùm tunicam penetravit, delatus, in porosum parenchyma pertusus desinit: In homine, juxta effatum *Highmori l. c.* paulò altiùs in substantiam cum surculis arteriæ penetrat, minùs tamen manifestè foraminulentus, nec ita, ut in hepate per parenchyma ejus dispergitur. Et rami hujus insignis tunica, quod observavit *Glissonius Anat. Hepat. c.* 45. in Liene bubulo, quantò ulterius in Lienem progreditur, tantò etiam magis attenuatur, donec tandem vix minima illius vestigia compareant, totoque hoc tractu majoribus minoribusve foraminibus pertunditur, per quæ sanguinem è parenchymate refluum exhaurit; eademque hæc foramina per parenchyma ad venarum modum ramificantur, etiamsi venæ alicujus tunica nuspiam appareat.

Marcell. Malpighius de viscer. stru-

ctur. Exerc. Anat. de Lien. c. 3. longè ac
curatius istum venarum in Lienem ing
gressum describit ; Et quoniam nullu
est Lien, qui minorem involvat suarum
partium obscuritatem, quàm est boum
ideò exemplo *Highmori* ejusmodi venar
rum processum examinandum assumit.

Lienis, ait, vasa in bove membranea
quâdam portione circumducta, vena
scilicet & arteria, & bini nervorum ram
unitim interiora Lienis intrant, ita ut
antequam ipsum subeant, levi divulsio
ne separentur ; ut autem jam ingressi
manifestius pateant, immissis in ven
per longum forficibus aperiatur oblon
gus, & amplus ille venosus sinus ; qui pe
totum excurrit Lienem ; in diductel
hînc inde canali (si fiat sectio in partr
graciliori, ubi inter hunc ductum, & ex
teriorem membranam parum substan
tiæ Lienis intercipitur) illicò emergi
exigua quædam arteria, si præcipuè jam
atramento repleta fuerit, quæ cum ner
vis à sinistris, vel hînc inde excurrenti
bus per longum exporrigitur, & lice

hæ

hæc primò oculos incurrat, & præ cæteris proximior videatur, attamen super hanc tenuis quædam & diaphana extenditur venæ tunica, vel saltem ejus vicaria; etenim quamvis in ingressu foramina quædam, & quasi lacinias quasdam in splenici rami tunicis excitatas observemus, quibus ejusdem tunicæ uniri, vel terminari videantur cum Lienis substantia; attamen levi factâ laceratione, seu extremo cultro separatione, vel ipsis etiam unguibus, continuatio hujus membranæ, impensè tamen gracilis observatur per longum ductus, & facillimo etiam negotio à subjecta arteria & nervis separatur. Unum tamen observatur, venâ hanc propè Lienis ingressum, exterius scilicet, duplici constare tunicâ, in ipso autem limine harum crassiorem, & externam excipi ab interiori Lienis tunica, quæ vasorum involucrum efficit, cui arctè hæret, alteram autem ulterius produci. Membrana hæc venosi ductûs non tantùm superextenditur in ea tubi parte, quæ excurrentes arterias, &

nervos fovet, sed in altera etiam parte oppositâ, quæ jam forficibus scissa est.

Multiplicia habet venosus hic amplus ductus foramina, dum arteriarum, & nervorum elongatas hinc inde propagines sequitur, ideò necessariò ramorum hiatus in patenti trunco determinatis in spatiis observantur ex diametro sibi correspondentes, qui cùm in geminatos ramos pateant venosi tubuli ulteriorem progressum exhibent, qui hinc inde utimos sanguineorum vasorum subdivisionibus iterum productis usque ad externam membranam eandem ferè servat proportionem, quam in filice observamus. Aliis ulterius foraminibus pervia est hæc venosa tunica; nam inter patentia ramorum orificia, multiplicia quædam veluti stigmata observantur, non in ea parte, sub qua excurrunt arteria & nervi, sed in oppositâ ejusque lateribus. In his licèt tunica venosi ductûs hiet, & pateat, non tamen comites arteriæ, & nervi rami propaginibus concomitantur; quod certè miro non caret artifi-

cio.

cio, cùm ubique in cæteris animalis partibus ferè ſemper arteriarum & venarum, quin & nervorum hiatus, & productiones conſocientur.

Antequam verò ad venarum ſplenicarum conſiderationem ulteriorem progrediamur, illæ cui uſui ſint, & an amicabili etiam conſortio inter ſe conſpirent, explicabimus.

Uſus itaque venarum videtur ſanguinem perfectius elaboratum é Liene recipere ad cavam, deinde ad hepar & cor iterum derivare. Quem uſum etiam agnoſcit Cl. *Highmorus Diſquiſit. de affect. hypochondriac. c.* 4. cum venam ſplenicam in animalibus quampluribus terminari aſſerit; quaſi nihil aliud agere à natura deſtinata foret, quàm ut ſanguinem à poroſo parenchymate ad portas reciperet.

Egregiè etiam anaſtomoſibus inter ſe coëunt venæ cum arteriis, antequam Lieni ſe immerſerint. Excell. *Thom. Bartholinus Anat. reformat. l.* 1. *c.* 16. anaſtomoſes has frequentes arteriarum

Lienis cùm venis ejusdem, præsertim unam insignem ante ingressum vasorum in Lienem agnoscit: Reliquas in Lienem ponit. *Antonida van der Linde in Med. Physiolog.* insignem illam anastomosin vasorum in Lienem admittit, eamque excellenter conspicuam esse, quòd & citra Lienem fiat, & in majoribus ramis, scribit, qui tamen de aliis anastomosibus, quibus frequentissimè Lienis vasa coire inter se tàm affirmatè (uti loquitur) multi dicunt, ac si vidissent, non immeritò dubitat, cùm nullus oculus tàm perspicax sit, qui discernere hîc possit vasorum discrimen, ne dicam anastomosin. Interim insignem illam inter arteriam & venam splenicam anastomosin magni æstimat *Iacob. Backius Dissertat. de corde*, probaturus sanguinem à ventriculo advenientem non intrare Lienem, sed cum illo egrediente congredi; quod tamen oculi capere non satis possunt.

Concedit hanc anastomosin etiam Excell. *Rolfinctus l. 6. Dissert. Anat. c. 24.* quando

quando communionem utriusque vasis duobus stylis explorare jubet, altero per arteriam, altero per venam intromisso, & inter se collidere tunc videbimus.

Peculiare & nobile officium huic adsignat *Highmorus Disquisit. Anat. l. 1. part. 3. c. 3.* arbitrans, cùm tot arteriæ tribuantur Lieni & multò plures quàm hepati, necessum fuisse, talem anastomosin rami ejus superioris cum ramo venæ adesse, ut pars aliqua sanguinis, antequam Lienem ingreditur, venæ exhibeatur, ne Lien nimiâ ejus copiâ oppressus obruatur, & officio impediatur. Ad Lienis portas verò hanc inoculationem fieri debuisse scribit, ut solum melancholica pars sanguinis introduceretur, purior autem per anastomosin hanc venæ splenicæ, quæ ad portam hepatis defert, amanderetur.

Una ergò præcæteris maximè videri potest, quæ ante ingressum in Lienem contingit, estque satis notabilis, cùm dicta scilicet vena cum arteria comite conjungatur. De reliquis, quæ sunt

in

in *Liene*, nec veteres dubitaverunt. Quæ tamen elutriationem sanguinis, seu ejus carnium poros effusionem seu depositionem cum *Harveo*, *Pecqueto* & *Glissonio*, qui speciatim, quod huc confert, adnotavit *lib. de Anat. Hepat. c.* 45. stricte assumunt, ajunt, has pertulas majoribus minoribusve foraminibus, in omnes parenchymatis partes disseminari, ex quibus sanguinem hauriunt. Simili prorsus ratione & arteriæ per totum parenchyma disseminantur. Propagines usque adeò gracilescunt tandem, ut oculorum aciem effugiant.

Venis etiam ad Lienem tendentibus valvulas inesse autopsia docet in variis animalibus, ut egregiè Cl. *Highmorus* demonstrat, delineationibus curiosissimis rem maximè illustrans. Sic enim *l. 1. Disquisit. Anat. part. 3. c. 3. pag.* 65. scribit: *Venæ omnes, quæ à Liene ducuntur in porcis, damis, ovibus, canibus, equis aliisque animalibus conspicuas valvulas in illis habent a Liene spectantes, quæ rami splenici ductum à porta ad Lienem penitus ob-*

stru-

ſtruunt. Rogatus verò, num & in homine ita ſeſe res habeat? Reſpondet: Non licuiſſe quidem ſibi in humano Liene tàm planam inſtituere demonſtrationem, cùm ob membranarum tenuitatem, & in corporibus emortuis omnium decidentiam & conniventiam, illas à venæ tunicis diſcernere haud potuerit, interim ſanguinis fluxum in omnibus eundem eſſe, vel hoc tm iàn vivis brutorum diſſectionibus, quàm emortuis hominum cadaveribus, ſæpius repetitum experimentum probare poſſe: aperto ramo ſplenico in medio ejus inter Lienem & portam ductu, ſi verſus Lienem ramum digito compreſſeris, ab inflicto vulnere parum & languidè à porta tàm in vivis quàm emortuis ſanguis effluit. Si verò digitum tollas, & ad alteram partem ſectionis rami ſplenici verſus portam venam coarctes, violenter & affatim à Liene effluit; imò per illud vulnus totam ſanguinis maſſam in vivis brevi temporis ſpatio irruere videbis; in emortuis omnis qui in Liene & aorta ad cor uſque fluxui aptus eſt, per vulnus hoc facilè effluet.

Et ita hactenus de venis splenicis diximus; de quibus nonnulla etiam notatu digna nobis occurrunt. In cadavere, quod Lutetiæ dissectum scribit *Laurentius*, in exiguum corpus glandosum ramus splenicus desiit. *Fabric. Bartolettus*, referente *Ioh. Rhodio in Manuss. Anat. observ.* 28. Mantuæ ramum splenicum, priusquam in Lienem insereretur, ramulum in emulgentem sinistram transmisisse observavit. Cujus beneficio melancholicos quandoque per urinas purgari credit. Et *Henr. à Moinichen apud Thom. Bartholinum centur.* 2. *Epistol. Med.* 87. intorta ac simplici gyro circumvoluta vasa splenica vidit.

Ex numero autem venarum Lienis famosiores ac conspectiores sunt 1. vas breve, & 2. Vena hæmorrhoidalis. 1 Vas breve hoc à *Galeno* στόμαχος φλεβώδης stomachus venosus appellatur. Hoc vas in rerum natura dari negat *Æmil. Parisanus l.* 4. *de subtil. Microcosm. Exercit.* 22 sed ligamentum subtile esse docet. *Spigelius* hoc vas venosum etiam plane negat;

gat, arterioso quippè contentus. *Iacob. Backius Dissertat. de corde* contentus est venis gastricis.

Notum *Hippocrati* hoc fuisse persuadet *l. 4. de morb. & 5. Epid.* Ubi tamen ut plurimum in statu naturali adest: defuisse tamen aliquando, *Walæus*, *Fontanus & Bartholinus* observârunt.

Oritur ex ramo splenico, ubi Lienis parenchymati jam est immersus: sæpius à rami splenici furculo extra Lienis corpus ante vel circa ejus insertionem. Excell. *Thom. Bartholinus Anat. reformat. l. 1. c. 16.* item quandoque hoc fieri admittit. Sequutus tamen *Walæum* ramulum esse annuit venæ splenicæ, qui, ubi ad spatium inter ventriculum & Lienem medium venit, in duos bifurcatur furculos, quorum unus Lienem, alter ventriculum accedit.

Rarò unicum est hoc vas & solitarium, uti scribit *Joh. Rhodius in Mantiss. Anat. observ. 29.* in corpore quodam va. breve valde amplum observatum est: idque unicum ex vena & arteria; quod plerumque

rumque ex pluribus constructam venam gastro epiploicæ nonnunquam incumbit.

Utplurimum tres spectantur; nonnunquam plures ramuli. Sex à *Rolfincio* sunt observati. *Veslingius* octo invenit, & *Ioh. Arnoldus Friderici* Professor in Academia Salana in quadam infanticida numerosiores.

Resultant interdum à se invicem longè disjuncti, modò sibi vicini: laterales ventriculi partes perreptant usque ad os superius, inter duas membranas, inquit *Riolanus*, & interior notis quibusdam lividis seu poris est compuncta, latusque sinistrum interioris ventriculi est nigrius dextro.

Varolius l. 3. Anat. c. 5. inseri hos ramulos in ventriculi sinistram sedem, & ad orificium superius pertingere statuit. *Vesalius Fabric. corp. hum. l. 5 c. 9.* sinistrum ejus latus nominat, in quod vas breve excurrit, non usque tamen ad superius orificium. *Bauhinus in Theatr. Anatom.* ramum splenicum dividens in

duos

duos ſurculos, alterum horum ſurſum in ſiniſtram partem ventriculi, nonnunquam verò verſus ipſius ſiniſtrum eructare humorem melancholicum ſtatuit. *Laurentius l.*1. *Hiſtor. Anat. c.*18. evenire poſſe exiſtimat, ut, obſtructo hoc canali remeet in ramum ſplenicum humor ille, & ab hoc nunc in coronariam ventriculi, nunc in hæmorrhoidalem, nunc in meſentericas venas.

Verior via apparet *Veſalii*, cui *Riolanea* ſuccedit. Nam quamprimum ventriculo vas hoc breve approximat, à tunicis hujus abſconſum, hinc inde eodem in latere vario modo diſpeſcitur, cumq; reliquis à porta deſcendentibus gaſtricis confuſum anaſtomoſesque faciens progreſſûs ſui ulterioris veſtigia occultat. Hoc tamen verum utique eſt, vas hoc magis elatiorem iſtius lateris ventriculi partem adſcendere, ſicque ipſum etiam orificium accedere, maximè cùm rarius uno, frequentius triplici & ſextriplici ſurculo exiens ventriculum coronet. Non nihil inæqualis ſæpius eſt inſertio

hæc

hæc; & in brutis, ut canibus & ovibus, nonnihil variat.

Nos ergò vas hoc breve, cùm à tunicis est absconsum, plurimos emittens ramulos, mox fundum, sæpius orificium ventriculi sinistrum coronare, ipsam tamen Lienis substantiam in statu naturali non intrare, sed potius, ut ex diligenti autopsia patet, statim intra primam ventriculi tunicam desinere, dicimus. Unus est *Riolanus* ex Nostratibus, qui interiorem tunicam notis quibusdam lividis tanquam poris compunctam, latusque sinistrum interioris ventriculi dextro esse nigrius, apertè profitetur, omissis tamen, quæ fidem verbis addunt, observationum exemplis. Conceptus ergò in animo magis quàm verè pervia foramina videntur.

In statu autem præternaturali, aut certo quodam individuo, ventriculum intrare, illique aliquid infundere, non libenter concedimus. Sic quæ *Ioh. Valverdal.* 6. *Anat. c.* 5. de Cardinali *Cibo*, in cujus aperto post mortem abdomine

venæ

vena hæc insignis magnitudinis ad os ventriculi tendens reserata ventriculi cavum repleverat: Item quæ *Laz. Riverius observ. communicat. 6. de Henrico Ruffio* laborante nephritide per quadriennium, tandem illâ cessante vomitu crebro & laborioso cum angore & cardialgia: Et quæ in aliquot personis observavit *Ioh. Daniel Horstius Manuduct. ad Med. part. 1. c. 1. s. 3. pag. 93*, adducuntur, sunt ægrotantis Lienis signa & effectus; sieque certi nihil, & quod alienum esset à *παθοποιοῖς* vasorum malè affectorum consimilium, evincunt.

Rectè ergò Magnus *Conringius l. de sang. generat. & mot. nat. c. 22.* de hac re quando disserit, inter modum naturalem & violentum distinguit, & in hoc ex Liene per vas breve effluere aliquid posse concedit, in illo verò minimè. Et sic, quemadmodum ventriculo per vas breve sanguis communicari potest ex Liene; ita rursum Lieni aliquid communicari potest ex ventriculo. Hoc significavit *Hippocrates l. 4. d. morb.* quando Lienem

nem sub ægrotantem de potu trahere ex ventriculo, hydropem suboriri, & scrotum pellucidum evadere scribit. Sæpè aquâ impurâ copiosè bibitâ, Lien eam attrahit, tumidique suboriuntur Lienes.

Riolanus observavit communionem vasis brevis cum diaphragmatica sinistra, quæ cavæ soboles est. Et hanc viam esse censet, per quam sanguis melancholicus in Lienosis per nares evacuatur, ut passim legitur apud *Hippocratem*, imprimis 2. *Epidem. s.* 2. ubi *Bioni*, cùm ex larga urina nihil subsideret, sanguis è nare sinistra fluxit.

De vasis hujus usu materia est spinosa, eaque multis Autorum sententiis diversis agitatur, de quibus in *Sectione secunda*, ac in peculiari *Tractatu* de *Vase brevi Splenico*, Deo adspirante, prolixius sumus dicturi.

Galenus l. 4. *d. usu part. c.* 15. *Item l.* 5. *d. usu part. c.* 4. *l.* 3. *facult. nat. c.* 3. acidum succum sive melancholiam acidam per venosum hunc stomachum, vas scilicet bre-

breve, ad coctionem juvandam in ventriculum eructari putat. *Avicenna can. 1. fen. 1. doctr. 4. c. 1.* titillando Oesophagum famem excitare acidum hunc succum etiam fatetur. *VValæus in Epist. de motu chyli & sang.* itē *Th. Barthol. Anat. Reform. l. 1. c. 16.* huic opinioni non repugnant, ratione & experientiâ, quòd scilicet nulla pars in corpore magis acescat quàm ipse Lien, satis edocti; idque quòd Lien porcinus ventriculi debilitatem ac imbecillitatem emendet, observationibus suis confirmant. Alii fermentum seu sanguinem acidum in ventriculum deponi duabus de causis asserunt, vel ut eum corroboret, vel ut appetitum in isto excitet. Acidi verò nihil generari in Liene acutissimus *Highmorus Disquisit. de affect. hypochondr. c. 4.* multis argumentis evincit. Alii adscribunt huic, quasi chylum à ventriculo ad Lienem ducat. Quoniam verò vas breve ipsum Lienem rarò intrat, quomodo in illum aliquid devehere, vel ex illo in ventriculum, cum ille non reperiatur per-

pervius, ut manifestò jam liquet, sese exonerare posset.

Macerant ergò se frustrà & semper dubii hærent, qui ventriculo aliquid communicare Lienem, sive ex illo aliquid exsugere censent. Et hoc non ignoravit *Dominicus de Marchettis Anat. c. 3. pag. 16. Sunt, inquèt, qui dicunt, vas breve ascendere ad excitandum appetitum, & quòd ventriculum ipsum perforet; ego tamen*, pergit, *in plurimis cadaveribus à me dissectis hanc perforationem nullâ diligentiâ observare potui; & licèt mihi notum sit, quòd, quando sanguis vomitur per os, hoc proveniat ab aliqua vena, quæ ventriculum perforat, sed tunc vas non est in suo esse naturali.*

II. Hæmorrhoidalis interna est, quæ, notante *Rolfincio Dissertat. Anat. l. 6. c. 24.* à ramo quidem mesenterico sive portæ dextro nascitur, mutat tamen interdum situm suum, & propè splenici initium oritur. Sic ante ingressum rami Splenici in Lienem eam esse productam scribit *Highmorus l. c.* ex cauda ejus

Lin-

Lindanus. Et in cadavere juvenis robusti, uti narrat *Ioh. Rhodius Mantiss Anat. observ.* 49. *Fabricio Bartoleto* observante, circa rectum intestinum è ramo splenico hæmorrhoidalis interna originem duxit, quæ secus è mesenterio prodit. Idem Patavii *Ioh. Veslingius* in virili cadavere observavit.

Quando verò propè initium Splenici exoritur, tùm internè secundum intestini recti longitudinem progreditur, tandemque in podicis membranosam substantiam propaginibus suis inseritur. Jungitur hoc loco immediatè hæmorrhoidali externæ, quæ à cavo hypogastrico ramo oritur. *Hoffmannus* in *lib. d. usu Lienis* decidere venam hanc saltem ex substantia Lienis autumat, nequaquam verò à ramo splenico, antequam Lienem ingrediatur. Omnes enim pro bonis viris habet, qui scripserint quod viderint.

Per hanc venam autem hæmorrhoidalem internam nulla expurgatur materia spurca, tàm crassa, qualis illa, quæ per ex-

externam secedit; nihil enim alvo immediatè per venas è Liene communicari potest. Cumulatur verò & colligitur sæpè hîc materia excrementitia ex universo corpore, & si hîc stagnat ea, vitium contrahit, ac plurimorum morborum mater frugifera evadit; quando verò evacuatur, desinunt ferè omnia symptomata, ut multi Viri excellentissimi, *Rolfincius* in *ord. & meth. febr. general. c. 82. Svvalvius Disquisit. Therapeut. s. 6.* & *Ioh. VValæus Meth. med. ad hæmorrhoid.* nobiscum testantur.

CAPUT XIV.

Lienis vasa lactea indagat.

DE vasis lacteis, an Lienem adeant? Spinosa est quæstio ac variis difficultatibus implicata. Quoniam verò ita voluit natura, multa sanè circa Lienis usum sunt immutanda. Sed hîc ferè omnes Anatomici, paucis exceptis, negativam amplectuntur. Ipse lactearum venarum inventor *Asellius*, qui sanè nulli operi pepercit, ut quosvis earum aditus pervestigaret, nullam tamen, ne mi-

mi-

nimam quidem de illis ad Lienem pertinere constanter asserit; Cui subscribit etiam Excell. *Thom. Bartholinus Defens. Lact. Thoracic. pag.* 25. Imò notissimum judicat *Joh. Henr. Pauli Anat Bilsian. c.* 5. *pag.* 50. nullas alias vias, præter arterias inveniri, per quas aliquid in Lienem transferatur. Optavit etiam *Hoffmannus l. d. usu Lienis cap.* 7. vias chylum eò deducentes deprehendi; cùm verò naturam hìc frustrà sollicitari videret, factum est, ut ad venæ splenicæ cum arteria splenica complicationem confugerit.

Verùm non omnibus contingit adire Corinthum. Nos non semel tantùm in canibus, sed ovibus etiam ramulos chyliferos tùm à ventriculo, tùm à pancreate ad Lienem porrectos vidimus. Chylus, quem hæc vasa vehunt, modò aqueus & tenuis est, ut adeò ex hujus distributione minus oculos incurrant. Madent quoque omnia vivi corporis tenui quodam & aqueo humido; itaque difficile quoque est ruptis fibris dignoscere hunc

chylum ab alio ſero. Tenue porrò per fibras ac venulas non ita transparet, ùtt lacteum quid aut ſanguineum. Et hosce ductus lacteos ad Lienem tendentes ex autopſia nobiscum approbant varii Anatomici & Medici.

Ioh. Rhodius Mantiſſ. Anat. Obſerv. 31. Anno 1649. 23. Jan. in fœtu è ventriculo in pancreas plures poros lacteos tendere vidit cum *Veslingio*. Ejusdem Anni Januar. 18. quâ parte pancreas albæ Lienis lineæ inhæret, multa lacteorum ductuum veſtigia comparuêre; etiam quâ parte ventriculus Lieni incumbit, plures meatus lacteorum ramulorum.

Iohan. Veslingius ad Cl. *Mauritium Hoffmannum* ſcribit, ſe in humano cadavere, tùm à ventriculo, tùm à pancreate ad Lienem porrectos chyliferos meatus obſervâſſe, atque hoc etiam anno publicè Studioſis oſtendiſſe. Vid. *Obſervat. Anat. & Epiſtol. Medic. à Thom. Bartholino edit.*

Cœcilius Folius apud *Thom. Bartholinum*

nem cent. 1. *Epist. Med.* 62. pancreas, glandulosum viscus, lactei humoris esse receptivum dicit, non ut ipsum hepati tantùm impertiatur, sed & reliquis fortasse visceribus. De Liene non dubitat, quandoquidem id fieri per tenuem canaliculum venarum comitem à se sæpius in brutis fuit observatum.

Celeberrimus *Herm. Conringius l. de generat. sang. & motu natural.* de ductibus chyliferis ad Lienem tendentibus pro more suo laudabili ita differit: *Sineque arteriæ neque venæ faciunt ad illam chyli eductionem, manifestum est, dari aliquod vasorum genus ejus rei gratiâ quidem conditum, distinctum tamen à venis arteriisque hactenus notis.* Nempe quemadmodum *in mesenterio venæ lacteæ tertium constituunt vasorum genus ac novum, ita par est & hîc simile quid reperiri. Erit autem valde difficile oculis illud subjicere. Certè difficilius, quàm cernere venas lacteas. Quemadmodum enim illæ non videntur amplius, sed oculis sese subducunt, chylo destitutæ: ita certè & hæ non-*

nisi fibrarum effigiem possunt præ se ferre à chylo suo vacuæ. Chylus porrò hic aquosus est & limpidus, cùm alter sit lacteus. Ideoque longè minus quoque vasa sua reddere conspicua potest. In ea præsertim multitudine partium madentium, imò maximè, cùm & aliæ fibræ pleræque, teste Aristotele l. 3. histor. animal. c. 6. contineant ὑ χότητα τὴν τῦ ἰχῶρος. Ad hoc venæ lacteæ per longum spatium eunt: ventriculus verò & Lien adeò nectuntur firmiter & propè, in homine pariter ac brutis, ut quod inter utrumque sit, non nisi ruptura dignoscas. Factâ autem illâ, cùm non possint non vacuari statim vasa, ne quidem vivo in corpore, præ membranosarum fibrarum similitudine poterunt dignosci. Quod si cui tamen hæc vasa aliquando apparuerint, illius sanè & felicitas & industria magnam laudem merebuntur. Nec tamen crediderim fore nunquàm conspicua, nisi in corpore quodam, in quo minor est ventriculi & Lienis cohæsio, quodque non multò post acceptum potum vivens adhuc & spirans aperiatur.

Cl.

Cl. *Laurentius Eichstadius Colleg. Anat. Quæst.* 162. hanc Lienis esse actionem & usum censet, ut ex aquosa, partim etiam chyli portione, sanguinem conficiat & elaboret. Licèt verò hæ chyli viæ ad Lienis officinam in Anatome valdè sint obscuræ, verisimillimum tamè putat, pancreas in suis meatibus lacteis affinibus continere istum chylum, quem Lien attrahat, quique in substantia splenis præparatus per ramum splenicum jecori communicetur, ut in eo magis elaboretur.

Anton. Deusingius Id. Fabric. corp. hum. part. 1. *c.* 6. §. 12. vasa item lactea quædam à ventriculo immediatè ad Lienem pertingere vidit, aquosiorem chyli portionem ad eundem devehentia; nec absonum credit, Lienem per similes lacteos poros ex ipso pancreate allicere aqueum chylum, quamvis ob coloris tenuitatem meatus suos haud manifestantem.

Hier Barbatus, Patavinus, Anatomicus insignis, *Dissertat. de sang. & ejus sero*

pag. 27. & 28. chyli aquosioris per certos ductus ad Lienem delati coctionem in sanguinem etiam agnoscit, sententiam suam sequentibus verbis proponens: *Qua hic aliquis viam, ob diversam Autorum sententiam? Non admitto Henr. Regii opinionem lib. de fundam. Physic. quoniam licèt inter ligaturam, & ventriculum tumeat vas breve, non supra versus Lienem: hoc minimè ostendit, chylum à ventriculo ad ipsum ferri Lienem, sed est sanguis, qui circulaturus, si ligatura impediatur, vas prædictum extendit. Conringio, etiamsi non compareant venæ lacteæ, Lienis parenchyma attingentes, satis est conjectura. Consentaneum rationi existimat Veslingius Syntag. Anatom. c. 4. Lienem aqueum chylum ex accubante sibi ventriculo allicere; quæ sententia maximâ nititur probabilitate; aliquam enim sanguificationem Lieni non esse denegandam, suadent raritas visceris, vasorum amplitudo & copia, sic annuentibus Aretæo lib. de caus. & sign. morb. chronic. Aphrodisæo in problem.*

Tan-

Tandem non omnem chylum per lacteas solùm ad cor, sed etiam ad hepar & Lienem ferri opinatur & urget ex recentioribus *Isaacus Cattierius in observat. Petro Borello communicat.* 18. Ac imprimis *Iacob. de Back Dissertat. de cord. sect.* 1. *c.* 6. lacteum omnem succum ad receptaculum non ferri, variis argumentis, quæ *pag.* 143. & 144. videri possunt, demonstrat.

Hujusmodi igitur vasorum lacteorum ad Lienem pertingentium usus erit, chyli tenuioris ac aquosioris portionem ad Lienem deferre, ut ibi vi caloris insitæque constitutionis in sanguinem coquatur; qua de re in *Sect. II.* peculiariter tractabimus.

CAPUT XV.

Lienis vasa lymphatica pervestigat.

NOn desunt inter Neotericos, quamvis in re Anatomica oculatissimos, qui Lienem vasis lymphaticis prorsus destitutum crediderunt, inter quos *Thom. VVhartonus*, singularis ille

Anatomicus, pro merito colendus, in *Adenographia totius corporis descriptione pag. m. 13. Vix autem fingi potest, in quem usum liquorem hunc eliciat, nisi in nervorum. Desunt enim alia omnia vasa, per quæ idem absportetur, præter nervos. Nam Lymphæ ductus nulli adhuc per hanc partem* (loquitur de Liene) *distributi observantur.*

Franc. Glissonius in Anat. Hep. c. 45. pag. 516. proficetur quoq; sese hosce lymphæductº non vidisse, hisce verbis: *Vasa habet* (Lien) *arterias, venas, nervos plurimos, & nervosas fibras innumerabiles, lymphæ ductus nullos videmus, eosque propterea* (*si qui adfuerint*) *aliorum oculis perspicatioribus detegendos relinquimus.*

Gualt. Charleton in Oeconom. Animal. Exercitat. 9. de lymphæ duct. pag. 178 nullos quoque in Liene admittit lymphæductus. *Lymphæductuum*, inquit, *duo genera constituuntur ab inventoribus, quorum alterum eos omnes, qui in abdomine sunt, complectitur; cæteros, qui ex artubus, seu exterioribus corporis partibus exo-*

ori-

oriuntur, alterũ. Priores ab hepate, omento, aliisque infimi ventris partibus (Liene unicè excepto, in quo nulli adhuc sunt reperti) ferè omnibus emergunt.

Plures Autores hanc opinionem foventes recitare facilè nobis foret, ne verò simus prolixi, eos missos faciemus, illudque tantùm dicimus, nos non semel vasa illa lymphatica in Liene canis & vaccæ vidisse nec nos tantum ea vidimus, sed alios etiam Anatomicos eminentissimos producere possumus, qui ejusmodi lymphæ ductus in splene oculati observârunt,

Celeberrimus *Frid. Ruysch in Tract. de valvul. in vasis lymphat. c. 3.* Lienem vasis lymphaticis scatere fatetur, ideoq; paucis, quo ritu illa investiganda sint, expedit. Aperiatur duabus horis à potu abdomen cujusdam animalis strangulati, aut mactati, ligenturque simul omnia vasa splenica, tàm sanguinea quàm serosa (jamjam enim effluit lympha vasis) quo facto amputandus Lien sub ligatura (quemadmodum figura demonstrat)

& a-

& asseri seu mensæ imponendus, ut omnia luculenter conspici possint: tum demùm trudatur digitis lympha ab extremo ligaturam versus, sic vasa in conspectum veniunt copiosissima, per quæ lympha nullo modo (nisi adhibitâ vi) reduci potest. Benè tamen observandum (1.) Vasa illa non solùm in splenis superficie reperiri, verùm etiam in parte interiori arteriam splenicam, nervosque concomitari. (2.) in omnibus animalibus ejusdem generis haud æquè copiosa esse. (3.) Lienem humanum non tantâ gaudere lyphæductuum copiâ, quanta quidem vitulinus. (4.) Prospiciendum in ligandis vasis splenicis, ne dilacerentur, aut rumpantur vasa illa serosa seu lymphatica.

Francisc. de le Böe Sylvius Disp. Medic. & de Lien. & Glandul. usu hæc vasa lymphatica etiam Lieni adscribit, ut majorem cum arterioso sanguine affluentis seri copiam à venis neglectam absorbeant & abducant.

Marcell. Malpighius de visc. structur.

Ex-

Exerc. An. de Lien. c. 1. pag. 99. & 100. varũ lymphaticorum copiam etiam aliis Lienis vasis connectit, quæ, ut ait, multiplici propagine sub exarata Lienis membrana excurrunt, suisq; conspicuis truncis circa sanguinea vasa, hoc viscus ingredientia, ludunt. Mira est istorum amplitudo & nexus; rete enim, cujus inæqualia sunt intercepta spatia, efformant. Contentus humor flavo, & interdum subrufo saturatus colore fluit, & frequentibus valvulis fulcitur, postremoque conspicuis ductibus per omentum deductis in receptaculum irrumpit.

CAPUT XVI.

Lienis nervos perspicit.

NErvos habet Lien à sexti paris ramo, nempe à superiore illius plexu in abdomine propè glandulas renales: qui ibidem saltem ante ingressum eorum in Lienem arteriis conjunguntur, quas nec deserunt postea, donec nervosis fibrulis implexi fuerint. Exilem esse hunc nervum voluit *Galenus l. 5. de us. part. c.* 10. quem sequitur *Aretæus lib.* 1.

de

de cauſ. acut. morb. c. 14. ne gravativeu dolor, qui aliquando in hoc viſcere ſentiatur, non ſit viſceris ipſius, ſitque hoc modo inſenſibile in ſanitate viſcus.

Hos Lienis nervos potius tunicæ inſeri, in ſubſtantiam verò non penetrare cum *Veſalio* ſcribunt *Bauhinus*, *Spigelius*, *Laurembergius*, *Veslingius*, *Bartholinus*, & alii, cùm ſcilicet exilem propaginem è ſextæ conjugationis interno ramo, quæ ſiniſtri lateris coſtarum radicibus exporrigitur, humiliori membranæ omenti immitti perhibent, in Lienis potius tunicam quàm ipſius protinus ſubſtantiam ſpargendam. Verùm non in membranam, ſed & ſubſtantiam ſpargi eos conſtanter aſſerit *Riolanus* argumento ſenſûs exquiſitiſſimi, quo excruciatur Lien. Et Excell. *Blaſius comm. in Syntagm. Veslingii c.* 4. quando *Veslingius* nervos per exteriora tantum viſceris diſpergi vult, per exteriora non intelligit tunicam parenchyma tegentem, ſed & ipſum parenchyma.

Primus *Franciſc. Gliſſonius lib. de Anat.*

Hepat.c.45. aliam de nervorum in Lienem insertione & usu sententiam proponit. Nimirum adfirmat is, nervos hosce revera Lienis parenchyma intrare, & arterias comitari: singulis, ait, arteriæ ramis plures nervorum rami adstites sunt, iique diversæ magnitudinis, quorum bini arteriæ trunco utrinque accumbentes, præ cæteris sunt conspicabiles. Nervi isti, quò Lieni propiores fiunt, eò etiam grandescunt magis; idq; similiter spatio aliquo, postquam Lienem subiére, iisdem contingit. Adest in Liene fibrarum nervosarum ingens satellitium, adeò ut sextuplo minimum reliqua omnia vasa mole suâ superent: nec possunt facilè distributiones earum in ordinem aliquem redigi. Ubique ferè per totum parenchymatis tractum variè inter se complicantur, ut retis imaginem planè repræsentent. Fibrarum harum fines exteriores Lienis tunicæ, qua gibbum ejus obvolvit, & qua cavum ambit, interiores fines firmiter adalligantur. Arctè quidem invicem cohærent, digi-

digitorum operâ tamen sunt separabiles. Dictarum fibrarum aliquæ hîc illîc manifestè cum ultimis nervorum ramulis uniuntur : & licèt minimè verâ ramificatione ab hisce proficisci videantur, connexionum tamen harum ope, necesse est iisdem aliquo modo famulentur; præcipuè quoniam cum aliis vasis nihil intercedit negotii.

Usum horum nervorum quod attinet, hoc facile creditu est, aut *Glissonius*, eos vel sensui vel motui inservire; est enim Lieni sensus omninò hebes, & motus spontaneus planè nullus; ut neutrius horum causâ tot nervi illi tribuendi sint. Atque ideircò nulli insigni usui destinati videntur, nisi quippiam vel ad Lienem adferant, vel ab eodem auferant. Non autem existimandum est, quicquam eorum adminiculo ad Lienem apportari; quoniam neque id huic ex usu fuerit, nec vas excretorium ullum adest, per quod ingestus humor egeratur foras. Ideoque oportet aliquid è Liene educant, quod deinde in superiorem ab-

do-

ominis plexum transferat, únde postea datâ occasione, vel immediatè per nervos sexto pari connexos, vel mediantibus cerebro, & medullâ spinali in omnes totius corporis nervos distribuatur Tot nervosæ fibræ in Liene intertextæ sunt, statuit idem *Autor*, partim pro usu privato, ut laxum spongiosumque illius parenchyma stabiliant, ne à sanguinis ex arteriis affluentis impetu ruptum dissiliat; partim pro usu publico, quod colligendum exinde, quia nudæ sanguini (parenchyma illud perlabenti) exponuntur, forsan, ut liquorem aliquem ex amne illo ebibant. In quem finem autem, cùm nec ipsis usui esse possit, nec vase separatorio donentur, per quod eundem efferant. An propterea necesse est, vasis cujuspiam alterius rem agant. Arteriis verò munifices esse nequeunt, quoniam illæ humori egerendo duntaxat, non autem excipiendo destinatæ sunt. Nec magis venis suam operam accommodant: siquidem istæ sanguinem illum abducunt, à quo fibræ jam dictæ liquorem suum exhauriunt;

Qui si in venas transferendus esset, non opus profectò erat, eundem à sanguine separari. Ideoque nervi soli supersunt, quibus ancillentur. Et profectò magna hîc inter fibras istas nervosque similitudo intercedit; eoque nomine nervosæ fibræ appellantur. Quin etiam illæ sæpè, si minus è nervorum extremitatibus oriundæ fuerint, iisdem saltem conjunguntur. Quæ nobis facilè genuinum fibrarum harum usum indicaverint; esse nempè nervis auxiliatrices. Et cùm actio illarum peculiaris sit, liquorem aliquem è sanguine prolicere, quonam istum ablegent, præterquam ad fines nervorum capillares, quibus cum uniuntur? Concludit igitur *Autor*, fibras hasce liquorem quendam per Lienis parenchyma delatum elicere, eumque in nervos capillares (quibus conjunctæ sunt) transferre: hunc que esse usum Lienis primarium. Quibus, si quid oculi nos docuerunt, addimus majores eos fieri nervos, cum ad Lienem propius accedunt. In homine hoc no ita observare datur, quàm diligentes etiam simus in inquirendo & perscrutando.

Marcell. Malpighius de Viscer. Strutur. Exerc. Anat. de Liene c. 3. hunc ervorum in Lienem ingressum coumque distributionē peculiari etiam ac dmirando quodam modo ita describit: *Nervi ut plurimùm bini extra Lieem mutuâ fibrarum implicatione inosculati, mox subdivisi à latere arteria, & quandoque supra ipsam (in hoc enim est naturæ lusus) sub vena excurrunt. In progressu ampli ductus subdividuntur, & ad invicem inosculantur, veluti accidit in thoracico ductu. Divisiones postea & arteriarum bifurcationes sequuntur, ita ut totum Lienis corpus pervadant. Investiuntur involucro quodam membranoso, nedum amplum venæ sinum excurrentes, sed etiam in reliquo Lienis corpore, ita ut videantur veluti enses vaginâ conditi, quin & fibrulas reticulariter productas eidem involucro*

com-

communicant. Doctissimus Glissonius censet nervorum fines fibris retic
tare opus in Liene efformantibus
pulari, ita ut mutuum adsit commu
cium, ad determinatum revehendu
succum à sanguine mediis fibris sepa
tum. Difficillimum tamen censeo,
sensuum testimonio hoc firmemus, lic
laboriosâ utamur indagine, cùm ne
vus unà cum sociis arteriæ ramis su
divisus ita gracilescat, ut extrem
productio nequeat attingi. Hoc unu
observavi, nervum subdividi u
cum arteriis in minimos hinc inde r
mos, & cum eadem comite arteria i
volucro ambiri, quod ut plurimum
portio capsulæ communis lancinatæ;
in fibras gracilescentis; unde ner
& arteria minima, dum à capsu
excidunt fibris involuta, & custodit
tandem desinunt ad exigua & globo
quadam corpora, quorum accuratio

hoc

storia inferius habebitur; an verò
rvi ulterius in fibrarum faciſculo
ncluſi unà cum fibris in exterius Lie-
s involucrum elongentur, non ſum
ſecutus.

Si horum uſum perpendimus, variæ
e eo Autorum ſunt ſententiæ. *Franciſc.*
liſſonius in *Anat. Hepat. c.* 45. & cum eo
hom. VVhartonus in *Adenograph.* eos
umori cuidam fluido nutritio exſugen-
o & devehendo deſtinatos eſſe pro cer-
o habent. Verum enim verò uſus hu-
asmodi nervorum verus ab hoc *Gliſſo-*
iano multùm diſcrepat, ut nobiſcum e-
iam *Thom. Bartholinus Spicileg.* 1. *de*
aſis lymphat. c. 3. *Highmorus Diſquiſit.*
e affect. hypochondr. c. 4. *Deuſingius*
e ſucci nutrit. comm. nov. conſentiunt.
d Lienem enim ſpiritus animales in
argiori copia non pro ſenſu & motu ſo-
ùm, ſed pro ſingulari etiam tinctura in
o præparanda ac elaboranda deferunt.
t ob hanc ſpirituum animalium præſen-
iam Lien exquiſitiſſimos ſenſus ac mo-

tus

tus habet; indeque punctiones dolo
ficas maximè sani etiam persentiunt.

CAPUT XVII.

In vasorum Lienis Capsulam inquirit.

A Vulsis seu lustratis sanguineis L.
nis vasis & nervis, accuratiorib
ac diligentioribus Anatomicis occurr
considerabilis quædam membrana „
nullo, quod sciamus, hucusque descr
pta, quæ suâ circumvolutione vasorü
ductum involvit, unde commune inv
lucrum seu capsula dicitur.

Hæc, ut *Marcell. Malpighius*, *Ana*
tomicus certè industrius ac insignis, *d*
viscer. structur. Exerc. Anat. de Liene c.
tradit, exortum habet ab interiori &
propria Lienis investiente membran
quæ in vasorum ingressu reflexa subin
trat cavum Lienis, & in tubum effor
mata concomitatur vasorum in fascicu
lum intra se collectorum diramatio
nem. Neque in bove tantum, sed in ho
mine ipso, ove & simil. evidenter patet
factâ levi Lienosæ substantiæ abrasione

qua

& etiam ejusdem continuatio cum exteriori tunica innotescit. Non ubiq; ubi similis est suarum partium compa-
cùm sub arteria, & nervis, ubi crassus & altius est subjectum Lienis corpus, valde densa, crassaque vigeat, ut tubulos etiam efformet; in parte autem opposita tubi, vel splenici rami membranæ naturam & structuram ulteriori progressu amittere videtur, retisque similitudinem acquirit; taliter enim crassioribus & per longum sibique occurrentibus fibris componitur, ut suborta oblonga spatia, & irregularia foramina naturam membranæ obscurent. Iisdem foraminibus pervia est, ac vena jam descripta, cùm venosi sinus & arteriæ per Lienem diramationes sequantur; in hanc desinunt, seu ab hac exoriuntur altè implantati plurimi extremi fibrarum Lienis fines, qui per transversum Lienem excurrentes, altero quidem fine in exteriori tunica radicantur, opposito autem in hanc capsulam veluti in centrum deducti, non diversa ab ea implantatione,

quàm

quàm in circum volvente membrana
ximus contingere, propriarum fibrarum
expansione absumuntur, quin, & ut ve
rum fatear, si abrasâ leviter Lienis su
stantiâ, capsulæ productionem rimab
mur, vehementer dubitare poterimus
fibras quàm plures ab ipsa capsula velu
ramosà trunco oriri, cùm capsulæ fim
in has fibras absumantur, ut in cæter
vasis contingit. Valido hoc involucr
non tantùm firmatur vasorum progre
sus, sed arteriæ & nervi præcipuè cir
cumambiuntur, inducta veluti vagin
non tantum in insigni illo ductu, pro
longum in Lienis excurrente. non ea
dem in tubum recolligitur, quo arteria
rum & nervorum extrema producuntur
& custodiuntur, donec desinant in exi
gua illa corpora, vel in membranam ap
pellant.

An hoc involucrum sit nervorum sco
boles, cò quia nervi, dum ipsius me
dium excurrunt, reticularem quendam
plexum, qui capsulæ immiscetur, pro
munt, dubitari posset; quoniam tamen

iis

utrisque substantiæ modus diversus detur, & capsulæ arctior est continua- cum interiori Lienis substantia, idcò detur aliunde petendum exordium.

CAUT XVIII.

Lienis materiam ac tempus generationis continet.

GEnerationem Lienis nos cum *Hippocrate l. de carn.* è sanguine constituimus. *Lien*, inquit, *hunc in modum constitutus est: cum calido & glutinoso, calidi quidem plurimum, frigidi verò minimum manserit, quantum scilicet ipsum glutinosum cogat, quod fibræ ipsæ in Liene existentes constituunt, propter quas mollis & fibrosus ipse redditur.*

Mollities ergò atque laxitas Lienis à numero & multitudine fibrarum erit; quæ, ut *Vesalius* l. c. ait, undecunque in se convolvuntur: Et propter fibras has mollis est Lien & fibrosus.

Heurnius in Comm. Zvvingerum secutus addit: *Splenis materia calida & viscosa fuit; testes sunt fibræ, uberrimo calore*

lore agente, minimoque frigore, tanto scili-
cet, quanto satis erat ad coagulationem f
brarum, quarum beneficio splen molleſcit
& fibroſus evadit. Rara & fungoſa eſt
jus caro pumicis ferè more.

Formationis tempus non adeò cer-
tum nobis eſt; formatur tamen, ut *Har-*
veus in lib. de generat. animal. obſerva-
vit, cum reliquis infimi ventris viſcer-
bus, cumque illis ſenſim ac ſenſim incre-
mentum ſumit, ſicuti etiam ex inſpectio-
ne conceptuum innoteſcit

CAPUT. XIX.

Lienis quantitatem continuam ac diſ-
cretam, & primò ejus magnitu-
dinem perluſtrat.

QUantitas Lienis eſt vel continua vel
diſcreta; ad quantitatem conti-
nuam ſpectat ejus magnitudo; ad diſcre-
tam verò ejus numerus; illa Lienis mo-
lem atque proportionem inter ſe pon-
dere & menſurâ æſtimat; hic autem e-
jus integralitatem, redundantiam au
defectum perpendit.

Magnitudo ejus pro ſubjectorum di-
ver-

versitate varia est. Homini, ait *Posthius*, Lienem, si cum aliis conferatur, satis magnum natura dedit, eò ut sanguis defecatior fieret, quod non parùm ad sapientiam conferre creditur. Brutorum etiam, ut ovium, simiæ, quadrupedum Lienes ab humanis magnitudine discrepant, ipsius etiam hepatis intuitu. In fœtu exiguus est Lien, proportionem corporis observans.

Riolanus in Enchirid. Anat. nullum viscus in corpore nostro reperiri autamat, quod tàm facilè crescat, vel decrescat, ut Lien. Et celebertimus *Francisc. de le Böe Sylvius Disp. Medic. 5. de Lien. & glandul. usu* multùm miratur, nullum viscus observari, quoad magnitudinem & figuram, magis variare eodem ipso Liene. Qui amplas habent venas, ut observavit *Spigelius Fabric. corp. hum. l. 8. c. 14.* majores obtinent Lienes, atq; ideò macilenti pinguioribus facilius Lienis tumoribus sunt obnoxii. Majorem etiam existimant iis à natura datum esse Lienem, qui melancholico abundant

succo, à quo copiosius affluente incre
mentum capere queat. Sæpius tamen
etiam in aliis, licèt melancholicus hu
mor non peccet, p.n. augetur, quale ex
emplum habet *Vesalius Fabric. cor p. hum.
l. 5. c. 9. Qui Montisselli*, ait, *suspensu
ad Patavinas Scholas in cadaverum peni
ria advectus fuit, adeò grandem exhibu
Lienem, ut modicè admodum jecoris mo
cederet, & anteriori jecoris parti adnati
anteriori quoque ventriculi sedi exporr
geretur. Lienis ejus substantia sanorum
visceris substantia penitùs respondeba
Adolescens hic erat candidissimâ & glabr
cute, minimèque naturâ melancholicus, a
alioquin valetudinarius.*

Variat etiam respectu gentis ac loc
Sic Frisiorum gentem ob quotidianum
lactis ebutyrati usum magnos haber
Lienes, *Antonida van der Linde in Phy
siolog.* adfirmat. *Spigelius l. c.* eos, qui
humidas regiones incolunt, majores ha
bere Lienes adserit, quàm qui siccas.
Nonnunquam totum abdominis conca
vum implevit Lien, ut Anatomici ob
serv

servârunt. Ita, notante *Spigelio*, sæpius fit, ut in summam molem abeat, mireque intumescat, sæpeque ad abdominis usq; medium porrigatur, humorum affluxu, quos facilè ob carnis laxitatem admittit, concitato. Et *Aëtius* Lienem in splenèticis adeò increscere & distendi memorat, ut interdum longitudine suâ ad inguen perveniat, & latitudine hepar attingat.

Celeberrimus *Rolfincius Dissertat. de Hepate c.2.* Lienem eò majorem, si hepar minus; minorem autem, si hepar majus sit, esse adstruit. Verùm si autopsiam ipsam intueamur, magnitudo Lienis non est tanta, quanta jecoris; homini tamen satis crassus est Lien & magnus, non tàm ob humorem, quem frangere debuit, contumacem & ductu difficilem (ut cum Excell. *Thom. Bartholino Anatom. Reformat. l.1. c.16.* loquamur) quàm ob arteriosum sanguinem fermentativum, quem continere debet: longitudine scilicet ferè sex digitorum, latitudine trium, crassitie unius, quâ

magnitudine in nullo alio animali est. Diversa tamen, ut jam diximus, est magnitudo pro subjectorum varietate & hominis constitutione. Majorem putant datum esse iis, qui melancholicum seu acidum succum naturâ copiosiorem accepêre, quo affluente, augeatur facilè ob laxam ejus raritatem. Quibus augescit, iis minuitur corpus, & minus floret: Unde *Trajanus* Imperator fiscum appellavit Lienem, quia ut hoc ditescente, plebs depauperabatur. Sic Liene augescente, minuitur corpus. Causam hanc adferunt, qui elaborare chylum credunt, quòd nimis per ramum splenicum trahat ex chylo hepatique subtrahat. At cùm ea via suspecta sit, alia inquirenda ratio. Cl. *Conringius l. de generat. sang. & motu nat. c. 6.* in magnitudine præternaturali id fieri concedit; alioquin si naturalis sit & legitima, floret corpus cum Liene.

In quocunque statu sit, existimamus, minui corpus, si Lien augeatur, quia acidum sanguinem fermentantem reliquo cor-

corpori detrahit, & vel in sui nutritionem absumere, si naturaliter major sit, vel non posse præparare & expellere, si magnitudo sit vitiosa.

Habet ergò Lien præfinitam molem, quam si excesserit, patitur sanitatis labem. Crebrius tamen magnitudine quàm parvitate peccatur: minor verò Lien, nisi plus æquo sit parvitas, semper majori melior, sanior laudabiliorque est, ut habet *Aristoteles l. 3. histor. animal. c. 16.* Et *Hippocrates in lib. de loc. in homin.* Videtur magis parvum probare Lienem quàm magnum, cùm auctus utplurimum sit morbosus. Unde laniones ex viscerum præcipuè hepatis & Lienis parvitate carnis bonitatem dijudicare solent.

Si ergò ad hepatis magnitudinem naturalem Lienem examinamus, sexduplò eo minorem deprehendimus. Multò majorem jecore contrà Anatomici sæpius conspexerunt. Sic *Fernelius l. 1. Physiolog. c. 7.* Lienem mole & magnitudine naturali jecur superâsse, ejusq; san-

guificationem promoviſſe viſum eſſe tradit. *Marcellus Donatus Hiſtor. mirabil. l. 6. c. 3.* in nobili fœmina Lienem univerſum abdominis ſpatium occupantem invenit, quo tamen non obſtante, filios rectè peperit, exactè formatos, non ſine admiratione omnium. *Veſalius Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9.* tàm grandem vidit, ut ventriculum ſupprimeret, & ad hepar pertingens ipſi adnatus eſſet. Item in quodam elephantiaſi laborante, quæ nondum penitius radices egerat, turgidiorem majoremq; Lienem reperit, in reliquis autem ſano ſimilem. Et *Proſperum Martellam*, cum multis annis regio morbo laborâſſet, & ſubitò ex bilis in ventriculum miro confluxu Florentiæ exſpirâſſet, jecur habuiſſe magnum & durum, & viride cum molli ingentique Liene ſcribit. Quomodo etiam Lienoſi cujusdã hominis, *Belloarmati* ſcilicet, inſignis juriſconſulti, meminit, quòd in corpore ejus poſt mortem aperto mollem magnumque ad modum Licnẽ, ſaniſſimi jecoris inſtar co-

lora

ratum invenerit. *Gregor. Horstius tom. oper. med. observ.* 4. *pag.* 442. Lienem iplo solitô majorem in scorbutico, uàm secundum naturam esse solet, o-timè sanum conspexit, parenchyma coris colore saturatè rubeo, nec non ubstantiâ carnosâ referentem. Excessi-æ magnitudinis Lien *Fabric. Hildano ent.* 2. *observ. chir.* 47. est visus. *Columbus l.* 15. *Anat.* vidit Lienem, exte-ius cartilagine obductum, viginti: *Georg. Garnerus in observat. propriis* vi-inti tres: *Cæcil. Folius* apud *Thom. Bartholinum cent.* 3. *Epist. Med.* 63. quatuor; *Petr. Pavvius Observ. Anatom.* 13. tres *Schenckius l.* 36. *Observat.* viginti tres: *Leonhard. Blasius Comm. in Syntagm. Vesingij* 1659. mense Jan. quatuor, & 1661. tres libras ponderantem annotârunt. Vidit Lienem pilæ magnitudine *Bontius observat.* 7. Manûs magnitudine in quodam tabe extincto vidit *Heurnius*.

Excell. *Thom. Bartholinus cent.* 1. *Histor. Anat.* 80. in splenetici cujusdam anatome Lienem insolitæ molis, longitu-

dine duarum spithamarum, supra renem sinistrum, ad os usque ischii ejusque cavitatem extensum, & pondus quatuor libras æquantem observavit. Item cent. 4. *Epist. Medic.* 14. Uxor sua suavissima post quartanam, aliquot ab hinc annis magnum Lienem recepit, quietiam tactus deprehensus est sinistram abdominis partem universam occupare. Anxius fuit animo, & supervenientе ictero, omnia conclamata credidit. Sed præter spem largis evacuationibus biliosi seri per vomitum, alvum & urinam succedentibus, brevi convaluit, ut nec vola nec vestigium Lienis exinde superfuerit; & plurimorum liberorum elegantissimorum mater fuerit.

Et Romæ in quodam vidit à compressione tumidi Lienis constrictis intestinis deglutiendi sublatam facultatem. Item Cl. *Olaus Borrichius* apud *Thom. Bartholinum cent.* 4. *Epist. Med.* 51. in corpore muliebri Lienem quovis bubulo majorem, solidiorem & rubicundiorem justo observavit, adeò ut colore

& pa-

& parenchymatis firmitate cum corde certaret.

Ipsa quoque parvitas, si nimia sit, peccaminosa habetur, meritòque inde ab *Aristotele 3. histor. animal.* 16. accusatur. Sic in Ferdinando III. sacratissimæ memoriæ; referente *VVolffgango Hoefero in Hercule Med. l. 3. c. 3. p.* 162. melancholiâ hypochondriacâ mortuo parvus admodum & exiguus fuit Lien. *Salmuthus cent.* 1. *observ.* 21. fœminam Lipsiensem in partu extinctam secuit, quæ, licêt aliàs optimâ sanitate in vita frueretur, hepar tamen habuit maximum, & Lienem tàm parvum, ut vix pollicem majorem adæquaret. *Riolanus l.* 2. *anthropolog. c.* 16. *Iacobi Augusti Thuani* celeberrimi istius Viri Lienem vix unicam pondere æquasse dicit. In Luxenburgica Principe, quod habet *Conringius l. de generat. sang. & motu nat. c.* 6. nonnisi vestigium repertum fuit Lienis, unguis latitudine ventriculo quasi appressum. *Petrus Pavvius observ. anat.* 29. in muliere hydropica aperta Lienis ne vestigium quidem vidit.

pit. Et *observat.* 31. in fœmina hydro pica post mortem dissecta Liene plan consumptum observavit. *Vidus Vidius* Lienem ovi columbacei magnitudinem superantem vidit. *Andr. Vesalius Fa bric. corp. hum. l.* 5. *c.* 9. in cive Patavino qui annis tribus carcere detentus, & tandem nigro arquato in maximis mœ roribus defunctus, publicæ sectioni ad hibitus fuit, Lienem præter cætera mi nus crassum latumque & exiguum o mninò reperit, & gibbæ ejus parti adi pem adnatum, instar candidissimi duris simique lapidis concretum. Galli Sa cerdotis Bononiæ in Xenodochio aqu subter cutem mortui lienem similiter al bidum sed exiguum adinvenit Et Ex cell. *Thom. Bartholinus cent.* 3. *epist. Med.* 50. in balsamatione cadaveris uxoris Generalis *Sporckii* Lienem valde par vum & contractum observavit. Simiæ, teste *Fernelio l.* 1. *physiolog. c.* 7. perexi guus admodum est Lien, imò ferè nul lus. Et *Collegium Anatomicum Priva tum Amstelodamense* in columbo, Belgis

cen

een Pagadette, Lienem exiguum inter
nepar & ventriculum collocatum ob-
ervavit. *Annotat. Anat. pag. 39.*

Rationem reddit *Aristoteles l. 3. de part. animal. c. 7.* διόπερ ἐν τίσιν ἐλλείπει τὸ μέγεθος, ὅις ὀλίγη περίττωσις γίνεται, πάμμικρος ὥσπερ σημείου χάριν. id est; Idcircò in nonnullis deficit à magnitudine, quibus parum excrementi gignitur, perexiguus est, quasi notæ gratiâ, causamque sic in excrementa vel abundantia vel deficientia rejicit. Verùm enim verò sententia hæc in nimia magnitudine, ubi copiosior humorum affluxus in culpa est, quemadmodum ex supra allegatis quibusdam exemplis vidimus, locum habere potest; ast contrâ, quando vel à primo ortu, vel naturæ quasi vitio major aut minor evadit, ut de *Thuani* & Principis Luxenburgicæ splenibus *Conringius* suspicatur, minimè, quem tamen defectum natura in aliis resarcire conatur; quod egregiè in fœmina illa *Salmuthi*, optimâ per totam vi-

vitam sanitate gavisa, nobis ante oculos ponitur.

CAPUT XX.

Lienis numerum comprehendit.

TItulus iste ad Lienis quantitatem discretam quoque spectat. Numero autem nonnisi unus in esse Lien solet naturaliter constitutis; quemadmodum etiam hepar in homine est unicum; nec in eo solùm, sed & in aliis omnibus animalibus, quibus hæc pars distinctè formata contigit. *Aristoteles* tamen *l.* 4. *de generat. animal. c.* 4. *Posthius in annotat. ad R. Columbum jul. Casserius placentinus ap. Iob. Schenckium in observ. C. Bauhinus apud Hoffmannum de usu Lienis c.* 10. *v.* 5. *Cabrolius observ.* 15. *Dominic. de Marchettis Anat. c.* 4. *C. Gemma in Cosmocrit. Petr. Spherius in observ.* apud *Schenckium* geminum invenerunt. Et *Panarolus pentecost.* 1. *observat.* 2. in juvene mortuo duos Lienes vidit, alterum majorem, minorem alterum. Major constitutus insuperiori hypochondrii sinistri regione, totaliter à minori sejunctus

ctus fuit, ut unusquisque suos splenicos habuerit ramos. Quâ ratione id factum, nescit, nisi fortè quis dicat, minorem Lienem majori supplementum fuisse, ut humor melancholicus ab hepate in Lienem pulsus ob angustiam ipsius alteri Lieni minori deferretur, ne fœdans in retrocessione melancholia fœculentiâ suâ sanguinem viventi maximam noxam esset allatura. Similiter *Pentecost.* 1. *observ.* 11. *Pressius* inter Romanæ Medicinæ proceres, diligentiâ & prudentiâ insignis, nempe se in anatomica sectione Lienem quasi vinculo quodam ita cinctum vidisse, ut geminum repræsentaret, *Panarolo* retulit. Triplicem, alterum alteri superimpositum, propriisque vasis ornatum, magnitudine verò sibi invicem non respondentem *Fallopius l.* 4. *observat.* 8. conspexit. Et *Cæcil. Folius* apud *Thom. Bartholinum cent.* 1. *Epist.* 62. duos, tres, aut etiam quatuor, quod tamen rarissimè accidit, observavit.

Cl. *Casp. Hoffmannus l. c.* judicium

suum

ſuum hac de pluralitate ferens: *Cum unus Lien*, inquit, *non ſufficit operi, neceſſario fiunt plures.* Verùm minus rectè judicat; Unus enim ſi non eſſet ſufficiens, naturaliter ſemper plures fierent: jam verò unus operi illi benè peragendo ſufficit, nec ope alterius ad hoc indiget: ideò hoc non pro neceſſario, ſed ſaltem pro luſu naturæ admittimus.

Nonnullis in lobos diviſus eſt notatus. Sic tres viderunt *Bartholinus* & *Joh. Daniel Horſtius.* Lobos quoque obſervavit in fœmina *Highmorus*; & *Riolano* bipartitus eſt viſus.

Maurit. Hoffmannus, Anatomicus ille inſignis, in cadavere maſculino Anno 1667. circa Lienis regionem nigrecantes aliquot glandulas magnitudine aliàs nucis juglandis, aliàs piſi majoris deprehendit. Tam artificioſæ fuerunt, prout in *obſervat. programmati in Anatomen dicti cadaveris ſcripto annexis* ſcribit, ut quis has glandulas ſpurios eſſe Lienes ſanctè juraſſet.

Antonida van der Linde, Med. Phiſiolog.

*Fologl.*1.c.5.*art.*2.§. 22. præter omnem experientiam & rationes anatomicas planè nullum ſplenem neminem unquam in homine obſervâſſe adfirmare audet; cum tamen omnem Lienem prorſus abfuiſſe Phyſici, Medici & Anatomici obſervârint. Cadaver, in quo Lien deſiderabatur, viſum eſt *Ariſtotelis* l. 4. *de generat. animal.* c. 4. Abfuit in puella illa *Hollerii obſervat. rar.* 5. Lutetiæ pariter, teſte *Laurentio* l. 6. *Hiſtor. Anatom. Quaſt.* 25. diſſectum fuit cadaver juvenis benè habiti & ſine Liene inventum. Et *Matthia Ortelio* Mercatori Antverpienſi, referente *Schenkio lib.* 3. *obſerv. Med.* c. *de jecore* pag. 446. & hepar & Lien defuit; at inteſtina fuerunt carne prædita, ſolidate muſculos ipſos ſuperante. Sic etiam *Zacut. Luſitanus.* l. 2. *Hiſtor. princ. Medic. obſerv.* 38. narrat, quòd in fœmina quadã tympanite extinctâ nullum hepar fuerit inventum, ſed loco ejus maſſa carnea ab hepatis regione ad umbilicum extenſa, quæ pondere ſuo libras 36. Me-

dicas

dicas exæquavit. At in nullo homi
cor unquam abfuisse deprehensum e
Theodor. Kerkringius, Anatomicus e
ercitatissimus, *observat. Anat.* 11. 17. N
vembris anni 1667. & rursum 28. Ap
lis anni sequentis fœtus secuit, qui Lie
caruerunt; quod inter septuaginta fo
tè, quos secuit fœtus, bis oblatum est
ni. Id ergò non rarò contingere pr
sumit. Celeberrimus *Conringius l. de g
nerat. Sang. & motu nat. c.* 6. monstro
naturæ affectui hoc adscribit; quome
do interdum & hepar, & alter pulmo
num lobus aut alter renum desideratu
Et idem etiam Cl. *Joh. Dan. Majorin
Chirurg. infus. Dub.* 6. §. 18. *pag.* 167. ap
probat.

In defectu Lienis etiam nonnullis je
cur duplex fuisse notârunt *Cornel. Gem
ma & Fabric. ab Aquapend.* Quo e
tiam pertinet elegans illa *Aristotelis*
observatio: in animalibus, quibus Lien
est exiguus admodum, hepar quasi bifi
dum esse, alterâ ejus parte in dextram,
alterâ in sinistram sese porrigente. Ver

ba

a ejus aurea sunt *l. 3. de part. animal. c. 7.* οἷς δὲ μὴ ἐξ ἀνάγκης ἔχουσιν τὸν πλῆνα, ἀλλὰ παμμικρον ὥσπερ σημείου χάριν, ἐναργῶς δίμερές ἐστι τὸ ἧπαρ, καὶ τὸ μὲν εἰς τὰ δέξια τὸ δ' ἕτερον εἰς τὰ ἀριστερὰ τὴν θέσιν βέβηκεν ἔχειν. Subdit mox: eam divisionem, leporibus quibusdam adeò esse magnam, ut bina jecinora habere videantur. Procul dubio ergò, quando Lien deficit, aut justo est minor naturæ ortu, hepar simili modo magnum quasi & divisum est, quò simul & Lienis officio fungatur.

Rarissimè tamen planè deest, nec naturaliter deficere potest, præsertim in homine, si quidem natura, ut Illustris Anatomicus *Thom. Bartholinus l. 1. Anat. reform. c. 16.* habet, non abundat in superfluis, nec deficit in necessariis, longeque aliud nobilissima ac præstantissima ejus actio nobis persuadet.

In brutis quibusdam naturâ sine noxa abesse potest, quod de Chamæleone narrant

rant *Panarolus observ. Anat. pag.* 202. & *Thom. Bartholinus l.c.* Reperiuntur præterea alia animalia, quæ vel propter imperfectam coctionem, quæ fermentatione non indiget, Liene carent, vel quibus propter alimenta assumpta Lien est absumptus.

Ita pecora in agro Cretensi propè Cortinam, quòd copiosiori scolopendrio sive asplenio, quod magnâ copiâ ibi crescit, vescerentur, Lienem nullum habuisse: Illis verò, quæ propè Cnisom pascerentur, salvum ac incolumem remansisse tradunt *Vitruvius lib.* 1, *de Architecton. c.* 4 *Plinius Histor. Nat. l.* 25. *c.* 5. *Alexander ab Alexandro l.* 5. *Dier. Genial. c.* 25.

An verum autem hoc sit asplenium, dubitant Botanici, quemadmodum apud *Guern. Rolfincium Ordin. ac Method. Med. Special. commentat. l.* 9. *s.* 3. *c.* 1. & *Guilielmum Rovill. l.* 1. *histor. plant. c.* 4. & 5. (qui præ cæteris eruditè hoc explicat) legimus. Aquæ ferratæ, si assumuntur, idem præstare dicuntur; & ab his, si non

t planè absumuntur Lienes, magno-
è tamē imīnuuntur, dicit *Benivenius*,
bdit. obs. 105. idq; exemplis animaliū-
d fabros ferrarios educatorū demon-
t. Et *Cornel. Celsus l.4.c.9. de re me-*
potui post cibum Spleneticis a-
am à fabro ferrario, in qua candens
rum subinde extinctum sit, dari ju-
t. Hæc enim, uti loquitur, vel præ-
uè Lienem coercet, quod animadver-
n est in his animalibus, quæ apud hos
bros ferrarios educata, exiguos Lie-
s habent.

CAPUT XXI.

ienis continuitatem contemplatur.

DE Lienis continuitate non multa consideratione digna sese offe-
unt. Quæ nobis occurrunt, ea paucis
ttingemus. Partes, quas diversimodè
espicit, sunt ejus tunica, parenchyma
t vasa.

Tunicæ Lienis continuitas minoris momenti est, quàm quæ ad parenchyma aut vasa illius pertinet. Pars enim ipsa minus nobilis est, actionesque & usus

su ejus indigni sunt, qui cum parenchy-
matis aut vasorum actionibus & usib
comparentur. Præterea, vasa in tun
eam distributa per exigua sunt; adeò,
sanguis per illa nec magnoperè foràs
fluere, neque ad partem ipsam affluer
copiosè queat: à quorum alterutro pe
riculum aliàs insurgeret.

Tunicæ hujus continuitas bifariam
lædi potest; nempe vel ipsarum tunic
partium ab invicem separatione, vel ca
vulsione tunicæ à parenchymate: hor
rum autem malorum posterius plus da
mni apportat, nisi fortè à mera inflatio
ne processerit; quippe tunicæ hujus u
sus præcipuè in eo consistit, ut Liene
ab injuriis protegat.

Continuitas parenchymatis debili
admodum atque infirma est; siquidem
substantia ejus friabilis valdè, minimeq
que tenax existit. Crediderim sanè, pa
renchyma hoc, si aliorum ope destitue
retur, præ cæteris omnibus æqualis du
ritiei partibus, ægerrimè se tutaturum.
Nisi enim membrana à peritonæo ortu
ritec

sum arctè complecteretur, vasaque
r totam illius substantiam disseminata,
utuisque passim nexibus invicem co-
lata, eundem firmiter constringerent,
cilè profectò, levi alicunde vi illatâ,
on modò rimas ageret, sed & frustilla-
n dispergeretur.

Permagni quidem refert, ut paren-
nymatis hujus continuitas servetur in-
gra, quoniam sanguinis motus circula-
s in eo maximè celebratur, & actiones
obiles instituuntur. Unde liquet, læsâ
uomodocunque parenchymatis hujus
ontinuitate, cessare illicò cùm sangui-
is motum naturalem, cùm actiones e-
sdem egregias, & sanguinem potissi-
num ruptis vasis in partium hiatum de-
ubi, fierique illic noxiam ejus stagnatio-
em: quæ mala continuitatis parenchy-
natis hujus solutionem necessariò con-
equuntur: Causæ hujus solutionis pos-
unt esse vulnera, aut partium Lienis di-
rulsiones qualescunque; item contusio-
nes, erosiones, obstructiones cum ma-
teriæ affluxu; de quibus singulis in *Sect.*
VII. sumus acturi.

CA-

CAPUT XXII.

Lienis qualitates explanat.

QUalitas Lienis in temperie, colco
figura & ejus ſuperficie conſiſ

Primas ergò qualitates quod ca
net, Lien temperamentum habet cc
dum ac nonnihil ad ſiccitatem declin
ob ſanguinis ſpirituoſi copiam ; q
ſententia jam olim *Hippocratis l. d. c.*
fuit, cùm in Lienis conſtitutione ca
plurimum, frigidi verò minimum
manſiſſe ſcripſit. Et propter
rituoſi hujus ſanguinis copiam
arteriarum frequentiam magnam c
hepate de caliditate contendit.
loris enim ſat multum hisce viis Lien
ingreditur: contrà hepar minus ſan
nis arterioſi accipit.

Frigidum tamen ſtatuit *Macrobius*
7. *Saturnal. c.* 4. Ait enim : Ut jecur
loris, ita Lien frigoris eſt domicilium
Cauſam arbitratus eſt cum antiquis
quibus, quòd humores terreos, frigi
attrahat, iisque aut delectetur, aut

18

riatur; quam sententiam etiam amplectitur *Riolanus in Anthropograph.*

Mundinus Anat. c. 15. controversiam hanc componere hoc modo vult, quòd scilicet Lien cuti comparatus sit constitutionis calidæ & humidæ; in se verò spectatus & reapse temperamenti sit frigidi & sicci propter nutrimentum.

Talentonius verò melius esse autumat, si dicamus, Lienem calefacere ventriculum ratione fibrarum ex sententia *Galeni*, non ex propria vi. Quod tamen nodum non solvit, si de fibris loquatur, partibus exanguibus, quæ frigida corpora sunt. Si verò fibras has pro ipsis vasis venis & arteriis cum contento sanguine spirituoso acceptet, tunc res clara est. Et ideò benè *Vesalius Fabric. corp. hum. l.* 5. *c.* 9. Lienem calefacere ventriculum statuit, coctionemque juvare suo tùm calore innato, tùm frequentibus, quæ illum intexunt, arteriis.

In secundis qualitatibus, si naturaliter se habet Lien, ex sententia *Hippocratis l. de carn.* mollis & spongiosus est.

Ni-

Nimirum succosum deprehendit [illegible]
Schenkius l. c. in quadam maleſica, q[ui]
capite plectebatur. Interdum indur
ſcit unà cum ſuo involucro, unde ſc
rhi exoriuntur. Sic induratum in vi
quinquagenario mœcho capitis supp
cio affecto Vir idem Celeberrim
Schenckius l. c. obſervavit. *Georg*
Quecceus Medicus Norimbergenſis,
famigeratiſſimus, in Scriniario quodd
iliaco morbo extincto, & poſt mort
aperto Lienem ex media ſui pa
ſubſtantiâ quâdam cartilagineâ inc
ſtatum invenit, quam, quoniam nu
negotio à Liene ſeparari potuit, adn
vavit.

CAPUT XXIII.

Lienis colorem intuetur.

COlore tingitur Lien vario ratio
ætatum & valetudinum. In fœ
rubeus eſt, ut hepatis, quia tunc ſangui
laudabili & puro nutritur. Rubet qua
doque etiam in adultis. Sic teſte *Il*
Rhodio in Mantiſſ. Anat. Obſerv. 26.
reuculæ duodecim annorum Lien f
ma

axímus, non minus rubens, quàm je-
ur. Ex quo colligit, viscus hoc nõ sem-
er sanguine melancholico turgere. Et
lem confirmant *Vesalius, Spigelius, Bar-*
olinus, Blasius & alii. In sanis semper
naturaliter rubere *Bauhinus, Conrin-*
ius & Spigelius adserunt. In adultis
lerumque spadiceus vel subnigricans
st; quitamen color Lieni non est pro-
rius. Rectè ergò *Spigelius Fabric.*
rp. hum. l. 8. c. 14. ait; *Color in embry-*
ne rubeus plerumque semper cerni-
ur, si sana habeat viscera: in adultis ad
igredinem nonnihil declinat, Monstra-
imus tamen non semel in publico theatro
Patavii, Lienem satis magnum jecori ru-
edine non cessisse, ut propterea existimem,
Lienem nigriorem multò hepatis paren-
hymate, non benè sani hominis esse, ut cun-
ue magnitudinem naturalem non valdè
uperet. Quod si praeter naturam se ha-
eat, humoris, quem in se traxit, colorem
xprimit, & vel lividus, plumbeus aut ci-
ereus est. Vesalius Fabric. corp. hum.
5. cap. 9. ex propria observatione

viscus hoc in homine atro quodam
perquam obscuro colore nigricare,,
mileque fieri elephantiasi affectis
fert. *Parisiis*, ait, *in Divi Lazari mon*
sterio, & in plerisque superioris Germ
nia agris & alibi quoque elephantiasi m
bo affectos vidi nigricantem Lienis hum
ni colorem superficiemque ita exquisitè r
ferentes, ac si quis ex Liene eos confinx
set. In morbosis lividus, niger, albic
est. Colorem autem hunc lividum *Cò*
ringius l.c. vitiosæ diætæ, nimio scilic
potui adscribit. *Thomas Bartholinus*
rò *l.c. Riolanum* sequutus temperame
to cujusque & caloris varietati hîc m
tum tribuit. Nos in corpore hum
dominanti multum adscribimus; qu
lem enim humorem, testibus *Hippocr*
te, *Spigelio* & *Highmoro* Lien contin
sive talem à natura habeat, sive alium
contraxerit, talem colorem induit. S
Cl. *Schenckius Exerc. Anatom.* 6. Li. S
6.24. Lienis carnem præter magnitu
nem & latitudinem quampiam exc
dentem, rubicundissimam, succoq; sa

g

guineo elegantissimo turgidam in provectioris ætatis cadavere fœmineo decollato & publicè dissecto deprehendit. Albidum Lienem invenerunt *Vesalius & Ioh. Frid. Trafelman apud Schenckium in observat. pag.* 355. Cœruleum observavit *Thom. Bartholinus cent.* 4. *Histor. Anatom.* 10. *& cent.* 5. *Histor. Anat.* 4. In aliis animalibus, ut Excell. *Conringius* scribit, ne nigrescit quidem. In cane plerumque ipso jecore splendidius rubet, in suibus verò & bobus magis albicat; in calidis brutis magis nigricat.

CAPUT XXIV.

Lienis figuram delineat.

QUemadmodum hepati ita nec Lieni propria est figura, quasi natura de hac, ut *Sebitzius in Examin. vulner.* loqui amat, parum esset sollicita. Quot enim homines sunt, ut verè *Riolanus in Anthropograph.* scribit, tot sunt Lienis differentiæ, aliquando longæ, aliquando quadratæ, aliquando rotundæ *Vesalius* ergò *l.c.* Lienem non ex se habere figu-

ram, sed quandam sedis suæ effigiei eo
gruentem, ac perinde ut hepati à vicin
partibus ipsi impressam obtinere f
tetur.

Plerumque ejus figura oblonga e
instar linguæ hominis, unde linguosiu
viscus quibusdam dicitur; foris ad lat
siniſtrum & diaphragma gibba nom
hil: nonnunquam ob costas impressi
nes habens; latere dextram respicien
concava, ob adjacentem ventriculum
Ubi per longitudinem mediam, lim
quædam alba prominentiis donata, v
nas & arterias cum omento admitter
Homini crassus magnus & latus, sed br
vior, teste *Vesalio*, Lien est; porcis ve
canibus ac bobus longior, sed arctio
Pars ejus superior caput, inferior cau
nominatur. Et quemadmodum figu
Lienis varia est, ita etiam variæ de
proferuntur opiniones. *Hippocrates*
cum eo Cl. *Schenckius* Lienem lingu
bubulæ similem faciunt; quæ verò i
concinna videtur, linguam humana
potius refert; lingua enim bubula nim
lo

nga & angusta est, sed si in eodem ho-
ine linguam cum Liene comparemus,
debimus similitudinem haud incon-
nam. *Aristoteles l.1.histor.animal.c.17.*
ieni suis comparat. *Riolanus l.2. En-*
irid.Anat.c.26.Hippocratem καὶ *A-*
t. sequutus in homine plantam pedis
mani exprimere statuit. *Hoffmannus*
guram ejus latam & triangularem ferè
ddit. Et Cl. *Marcell. Malpighius*
viscer. structur. Exerc. Anat. de Liene
. hujus figuram in homine ut pluri-
um oblongiorem & latiorem circum-
ribit.

In brutis diversissima quoque est fi-
ura; partium enim vicinitas mollisque
lenis natura varias impressiones & pro-
berantias efficit, unde irregularis sub-
ritur figura; nam aliquando globosa
t, interdum in lobos finditur, & in qui-
sdam piscibus subrotundis eminen-
is, racemi ad instar assurgit: quod
em in lacertorum Liene observatur.
xcellentiss. *Bartholinus* in delphino
lenem multis globulis constantem vi-

dit. Et *Aristoteles l. 3. de part. animal. c.* 11
in cornigeris rotundum esse Lienem, i
multifidis longum, in solipedibus me
dio ex dictis hisce modo se habere scri
bit. Interdum etiam rotundus fit Lie
in morbis, ita observante *Ioh. Rhodio* i
Mantiss. Anat. obser. 27. in cadavere Vi
cujusdam Lien planè rotundus fuit. Li
nem cultri calcearii instar in equo d
prehendit *Severinus in Zootom. Demo
crit.* in lupo lucio tricuspidalis figur
fuit Lien, veluti *Collegium Anatomicum
privatum Amstelodamense in observ. Se
lect. pag.* 42. notat. Interiore facie c
vum reperit *Riolanus l.* 2. *Enchirid. Ana
c.* 26. Sinuosus quidem est interiore fa
cie, verùm leviter & pauxillum tantùm
partim quò commodius gibbositat
ventriculi sese accommodet, partim
etiam, ut ea regione commodius vasa i
se recipiat, similiter ac renes habere c
vitatem notamus, ubi vasa recipiunt. I
exteriore gibbosus est, scilicet in ci
cumferentia diaphragmatis, seu ad c
stas spurias. Rarò etiam lobis aliqu

di

tinguitur, ut *Veslingius. Thom. Bartholinus, Ioh. Dan. Horstius, & Highmorus* servârunt.

Cl. *Ioach. Tanckius* apud *Gregor. Horum Oper. Medic. pag. mihi* 131. in sectio- cadaveris suspensi invenit Lienem andiorem, in medio bifidum, hepatis star, per rimam suam vel fissuram. Ra- os venarum tres admisit, sub fissura, & suprema, & in infima parte. Non latior it, nec tenuior, ut esse solet; sed in argine vel extremitate circumcirca rondior, cum crassitie singulari. Hu- smodi Lienis figuram apud *Highmo- m Disquisit. Anatom. l. 1. part. 3. c. 3. & iolan. in Anthropolog.* depictam habe- us. Celeberrimus *Henning. Arnisaus* ud eundem *Horstium pag.* 132. Lienem cur repræsentantem & uno pondere inorem observavit. Lienem tribus pendicibus præditum in Principe *armstatino* infante, hydropico obser- vit *Ioh. Dan Horstius in observat. Ana- mic.*

Præter naturam autem, ac imprimis

laxatis structuræ suæ meatibus, exco
piosa affluente, nec derivata, humorum
colluvie, varias sæpius accipit figuras
ex *Archangelo* (quem citat *Thomas Bar*
tholinus Anat. reform. l. 1. *c.* 16.) triangu
larem, exactè globosam, acuminatam
eminentiis exasperatam, bipartitè sec
tam: ex *Riolano in Anthropograph.* &
Bauhino in Theatr. Anat. l. 1. *c.* 43. qua
dratam, cavam, senis septenisque digit
tionibus fissam: ex *Conringio l. c.* modò
longam, modò quadratam, modò ro
tundam: & ex *Mœbio Med. Physiolog.* c
16. modò triquetram, modò quadrilate
tam alterâ parte longiorem. Nec admo
dum mirum est, fungosam quasi laxam q
substantiam, quæque organicæ seu ani
mali functioni exercendæ destinata non
est, luxuriare quandoque, atque in mo
lem fortè inusitatam excrescere; aut u
bi fortè compactior existit, luxuriam
minus: eandemque pro situ partium vi
cinarum, quibus ipsa terminatur, varia
re figuram. Anserum hepata per sa
ginationis artificium ita possunt dispo

i, ut in amplam vastamq; magnitudiné xereſcant. Atque ita Excell. *Thomas Bartholinus Hiſtor. Anat. 80. centur.* 1. in plenetici cujusdam cadavere vidit Lienem duarum ſpithamarum ſupra renem ſiniſtrum ad os usque iſchii ejusque caritatem extenſum, pondere quatuor librarum, ac colore vario. Et Cl. *Olaus Borrichius apud Thom. Bartholinum cent. 4 Epiſt. Med.* 51. in fele Lienem longum inſtar Camini obſervavit. Nullum fanè viſcus eſt, quod magis ſuam mutat figuram,

CAPUT XXV.

Lienis ſuperficiem circumſcribit.

SUperficies Lienis, ut *Veſalius Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9.* habet non omni ex parte tàm exactè, ut jecoris & renum lævis eſt, ſed obſcuris quibusdam leviterq; prominentibus tuberculis ad eam ferè formam, quâ elephantiaſi morbo inſigniter laborantium cutis variè extumeſcere conſuevit. Impreſſiones quasdam à coſta habet: eminentiis exaſperatur in

cava ejus parte ad securitatem vasorum ingredientium: inæqualitatem comitatur linea obvia ad vasorum ingressum directa. Et hæc superficies tantùm, ut cum *Lindano* loquamur, à superficie hepatis differt, quantum sana cutis à cute elephantiasi laborantis.

Superficiem ergò habet Lien, ut egregiè *Adr. Spigelius Fabric. corp. hum. l.* 8. *c.* 14. scribit, unam exteriorem, quâ costas respicit, & gibba dicitur; alteram interiorem, quâ spectat ventriculum, & concava vocatur. Utraque lævis est & æqualis, nisi ubi linea recta, ῥαφὴ dicta, in sima consistit, quo locco splenica vasa Lienem ingrediuntur. *Ruffus & Hippocrates* aliam quoque divisionem habent; summam enim partem, caput: infimam, caudam appellant. Quodsi ab hac figura discedat, fit triangularis nonnunquam, quandoque globosa; interdùm variis extuberantiis exasperatur; aliquando in capite est crassus, in cauda gracilis, interdum contra. Ilium *Hippocrates* Lienem ac-

cli-

livem; hunc declivem appellat, & mentionem injicit 6. *Epid.* s. 3. t. 33. Et ita de *sectione prima* satis diximus.

ANATOMIÆ LIENIS SECTIO II.

Verum Lienis usum in corpore humano certis ac validissimis rationibus ut nemque innumeris ferè auctoritatibus demonstrat.

CAPUT I.

Veterum & recentiorum Anatomicorum ac Medicorum de usu Lienis opiniones recenset.

USus & actio Lienis inter Anatomicos & Medicos, maximè tamen recentiores, est pomum Eridos. Et si horum scripta evolvemus, tot opiniones circumferuntur, quot sunt:

The-

Thebarum portæ, quot diuitis ostia Nili.

Genuinum namque Lienis usum per totius Medicinæ ætatem nondum satis investigatum esse, forsitan nemo est, qui cum Cl. *Martino Kergero de Fermentat. s. 3. c. 2.* diffiteatur. Tantis hicce usus Lienis difficultatibus, quod dolendum, irretitus est, ut ad eas bono consilio extricandas Parlamenti, ceu Concilii Principum ac procuratorum populi Medici convocatione, ut ait *Lindanus*, opus sit. Veteres artis proceres valdè exercuit hoc viscus, magis tamen Neoterici eos; qui, licèt ab illorum decretis divortium fecerint, ipsimet tamen non satis consentiunt, diversi diversimodè sentientes.

Ordine autem tantorum virorum vota colligemus, nostrumque deinceps adjiciemus; veritatem, quantum fieri potest, in re dubia investigaturi.

Erasistratus, maximus aliàs sui seculi *Plinii* testimonio, Medicus, hausta dum hio procul eâdem ab aris sententiâ, Lie-

nem

m inutiſe microcoſmi pondus ju-
cavit, dum ait: *Naturam timentem*
c ubi artis ſuæ obliviſceretur, dum
rtui vix concepto jecur in dextris
nformaret, in ſiniſtro quoque latere
liquid molitum eſſe, & conſiſtentem
eo Lienem jecori oppoſuiſſe.

Democritus Hippocratis coætaneus, i-
dem Lienem ſine aliquo uſu in anima-
um corporibus factum duxit. *Splen*,
it, *ex adverſo* (jecoris) *jacet, nullum ne-*
otium exhibens.

Ruffus Epheſius l. II. *c.* 7. anteceden-
ium gregem ſequutus ſimiliter Sple-
em ἀπρακτον καὶ ἀνενέργητον publico
eſtimonio declaravit.

Hippocrates l. d. nat. hom. t. 5. & *l.* 4. *d.*
morb. t. 1. 2. & 3. Item *de morb. mulier. t.*
37. de uſu Lienis hanc ſententiam fovet:
Sunt & alii ait, *fontes quatuor, à qui-*
bus unusquiſque illorum ſcaturit in
corpus. Sanguinis enim ſcaturigo eſt
cor, Pituitæ caput, aquæ Lien, bilis
verò, quæ ſub hepate locum habet.
Trahit namque corpus à cibis potibus-

que in ventrem assumptis versus fontes istos omnem humorem jam dictum similis ad similem per venas eunte. Inter fontes verò hos porosiores sunt caput & Lien. In hoc enim plurimia est viarum commoditas. Nunc verò quod ad aquam ajo, si homo multum bibat, trahere ex ventre aquam ad sese tùm corpus, tùm Lienem, cujus pars ad vesicam iens emingitur; reliquam Lien accipit, quam ad se facilè attrahit, quia rarus atque spongiæ similis situs est in ventre. Cum verò iterum tractaturus est Lien, omninò expedit aquæ illud vetus residuum, quod in Liene mansit, secessisse ad vesicam prius, aut alvum, atque istac exiisse. Per superiora non expurgatur aqua è Liene, nisi quod in vasis est, quæ à bile procedunt; expurgatur verò per alvum aut vesicam. Si verò justo plus traxerit, neque exsudaverit, neque venter laxetur, iutumescit ex illo Lien.

Plato in Timæo haud dissimilem pro-
fuit sententiam : *Praterea affinis ipsi*
epati) *structura atque sedes viscc-*
à læva est, illius gratiâ, ut id mun-
em semper atque purum præstet, ve-
t speculo parata promptaque semper
fixa spongia. Idcirco etiam, cum quæ
puritates propter corporis morbum
cori imminent, cuncta Lienis expur-
ns illa excipit raritas, quippe quæ
xturâ cavus est & sanguineus. Hinc
rpletus purgamentis magnus & sani-
us crescit. Rursus cum purgatum fue-
t corpus, diminuitur & in se residet.

Aristoteles l. 3. d. part. animal. c.
communem primò usum, quem o-
nibus tribuit visceribus, Lieni quoque
dscribit, videlicet, quò venæ, utpote
ensiles, copiâ viscerum sustineri & sta-
iliri ad corpus possint, *quasi enim*, in-
uit, *anchora partibus appensa, viscera ad*
rpus jaciuntur. Deinde usum Lienis
rivatum docens subjungit. *Hepar &*

Lien.

Lien adjuvant coctionem alimenti : quia cum sanguinea sint, calidam naturam obtinent. Et hepar quidem omnibus animalibus necessarium est coctionis gratiâ. Lien verò per accidens necessariò inest iis, quæ habent ut & excrementa tùm ventriculi tùm vesica. Lien enim divertit & attrahit ex ventre humores superfluos, & potest concoquere, quia sanguineus est. Quod si superfluitas multa sit, aut parum caloris habeat Lien, morbida fiunt omnia propter copiam alimenti : & confluant eò humores, multis Lienosis ventres duri fiunt, quemadmodum plurimum mingentibus propter subtractionem humorum.

Autor lib. de respirat. usu, quem nonnulli *Galeno* falsò tribuunt, *Aristoteli* patrocinaturus, ejus mentem clarius explicat, & præterquædam de venis, quæ Lienis gibbo inseri censet, nugamenta, Lienem ex ventriculo & intestinis confectum cremorem per venas ventriculi ac intestinorum assumere, ac sanguificationis organum esse, contendit. E

huii

aic ſententiæ nonnulli etiam Medico-
am cum *Hippocrate l.4.d.morb.* ſubſcri-
unt, Lienẽ, jecore male affecto, nomine
coris ſanguinem elaborare aſſerentes.

Galenus l.15.*de uſu part.c.*15. & *l.5.c.4.*
nguinem in hepate generatum recre-
nento duplici abundare putat; nimi-
um ſpumoſo, quod ad veſiculam felle-
m abeat; & fœculento terreſtri, quod
Liene ceu nutrimentum trahatur. Ver-
a ejus ita leguntur. *Lien inſtrumen-
um quodam eſt, quod purgat in hepate
enitos limoſos & craſſos ac melancho-
icos ſuccos. Attrahit verò hos per
vas venoſum, tanquam canalem ali-
uem. Attrahens verò non rectè
verſus ventriculum ſecernit, verùm
ſe prius conficit, & immutat cum ma-
gno ſtudio, uſus ad functionem hanc
naxin è arteriis, quæ omninò multæ
& magnæ ſunt in toto viſcere, &
neque temerè, neque fortitutò
ipſi à natura tributæ, ſed ut aſſiduita-
e motûs ac robore caloris nativi à cor-

de in ipsas influentis conficere, contre
rere, immutare, atque alterare quec
crassitiem à jecore in Lienem trans
missorum humorum. Quicquid au
tem in convenientem visceri succum
fuerit conversum, sit Lieni alimentum
Si quid verò effugerit actionem ipsius
nec possit in sanguinem tenuem atque
utilem elaborari, & omninò inutile
nutriendo existit, id in ventriculum
per quendam alium venosum ductum
Lien eructat: quod ipsum utilitatem
exhibet haud parvam, acuit ventri
culum, & cogit in se ipsum, ut ci
bos exactè amplectatur, retineat
que usque dum perfectè cocti sint.

Galeni sententiam sequuti sunt *Oribasius*, *Alexander*, *Actuarius Theophilus*, *Meletius*, & inter Arabes *Avicennas*; item *Fernelius*, *Reusnerus* & *Laurentius*. Et quidem *Reusnerus* in *lib. de Scorbuto* copiosâ oratione probabile facere allaborat, Lienis actionem consistere in confectione serosi sanguinis: à jecore trahi

e Chylo partem craſſiorem: à Liene
nuiorem & ſeroſam magis. Rationes
rofert non inelegantes: (1.) Quia ve-
æ Splenis ſunt exiles admodum & ſub-
liores quàm jecoris. (2.) Quia caro
usdem laxior & rarior carne jecoris:
roinde humorem appetit tenuioren
.) Quia bibentibus aquas paluſtres ma-
ni ſunt Lienes. (4.) Quia Lienis
orbis præſcribuntur diuretica.

Laurentius verò *Hiſtor. Anat. l. 1. c. 18. Quæſt. 36.* Lienem humoris melancholi-
eſſe receptaculum opinatur: ad
uam ſententiam magis ſtabiliendam
dducit partim multa *Galeni* loca, partim
a etiam argumenta; eaque hujusmo-
i: (1.) Quia omne excrementum re-
uirit receptaculum: at Melancholiæ
ullum aliud receeptaculum dari poteſt,
æter ſplenem. (2.) Quia Lieni co-
r ineſt niger, proprius ſucci melan-
olici. (3.) Quia Lien maxi-
è obnoxius eſt ſcirrhoſis tumoribus,
rtis à melancholia. (4.) Quia ſplene
bſtructo, humor niger regurgitat in
liquum corpus. (5.) Quia ſuccus

melancholicus à Liene mittitur ad ventriculum pro appetitu excitando.

Stetit illa opinio satis diu eruditorum animis tàm firmiter radicata, ut non facilè avelli potuerit. Consenserunt autem imprimis in eo, succum melancholicũ è Liene in ventriculum eructari, alii quidem, per venam ê Liene in ventriculum tendentem, alii per proprium quendam meatum, atque inde è ventriculo in intestina, & hînc unà cum fecibus è corpore expurgari. Porrô venam illam, aut meatum nonnulli simpliciter in ventriculum à Liene duci scribunt; alii insertionis locum intrepidè exprimentes, illum in superius ventriculi orificium implantari docent.

Vesalius Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9. hanc *Galeni* sententiam in dubium vocat, quando scribit: *Nisi multorum metuerem calumnias, quas hactenus non mediocri meo malo expertus sunt nimium graves, hîc mihi argumenta non deficerent, quibus vulgatam omnibusque nunc persuasissimam de Lienis munere sententiam*

iam interturbarem. Verùm interim ne-
nini non conceſſum eſt, Lienem ſuo calo-
e innato, ac frequentibus, quæ illum in-
ertexunt arteriis, ventriculi coctionem
overe.

A *Galeni* & *Laurentii* ſententia mul-
ũ deflectit *Adr. Spigelius l. 8. c. 14. Fabric.*
orp. hum. eorumq; opinionẽ ceu falſam
ejicit, qui ſtatuuot, Lienẽ receptaculum
ſſe humoris melancholici, qui in hepa-
is ſanguificatione, tanquam craſſum ex-
rementum ſeparetur, (cùm tenuè per
eſiculam bilis purgetur,) & ab hepate
d Lienem demandetur. Quam ſen-
entiam ut omninò falſam demonſtret
ſle, ſingula verba accuratius conſide-
at. Et receptaculum quidem eſſe non
oſſe cenſet, cùm nullam obſervet con-
itionem eorum, quæ conceptaculis ex-
rementorum propria ſunt. Nec enim
avitatem habet, inquit porrò, ut bilis
eſicula, inteſtina & cerebri ventriculi,
ec humorem continet hujusmodi, cu-
us receptaculum eſſe dicitur, cùm in ſa-
is Lien puriſſimo ſanguine ſemper ſca-
teat;

neat; nec propè est ad locum, â quo re
crementum haurire dicitur, sed potiu
è regione situm: nec tandem locus est
per quem commodè extra corpus excer
mentum illud pellat, cùm potius in ip
prema imi ventris regione, ubi nobiliss
morum viscerum sedes est, sit locatum
Quî autem humoris melancholici co
ceptaculum sit, quòd nullam cum ip
observet proportionem? Omnium
nim consensu melancholia in minim
quantitate gignitur, & tamen Lien ve
culâ fellis, cæterisque excrementoru
receptaculis multò est major. Quodd
melancholia illa in hepate generetur
fit, ut non pariter statim ex hepate tr
hat, ut folliculus fellis, aut per quas vi
immediate ad Lienem ducitur. Quòcd
per splenicum ramum dicatur ferri
quàm absurdum id erit, naturam non st
tim ad intestina deduxisse, sed prius a
Lienem, ut in ipso conservetur, cum vr
utraque ejusdem sit brevitatis, & incom
modum præterea inde futurum sit,
melancholicus hic humor omnem sa
gu

tinem splenicorum vasorum contami-
et. Quare *Spigelius* per arterias me-
raicas lutosam chyli portionem dedu-
ad Lienem potius statuit, ut ibi in san-
inem coquatur.

Iosephus Quercetanus Medicus &
hymicus olim præstantissimus in *tetr.*
aviss. capit. affect. communem *Galeni-*
rum sententiam manifestius relinquit,
sumque Lienem fermento satis affici
pressis docet verbis: *In Liene quidem*
si acetum sanguinis, naturæ liquidæ, non
rtem terrestris (quod de melancholia na-
rali dictum velim) ingenerotur; nuspiam
men crassum & feculentum quid ali-
nam illius partem propriam occupat:
ria per totum ejus spongiosum corpus dif-
nditur, ut sic corpus ejus hoc humore aci-
& acri perfusum, tanquam fermento, in
ram & spongiosam naturam attolatur,
in pane videmus fieri, qui fermento ma-
ratus attenuatur, ac levior ac spongiosior
dditur, cum secus futurus esset gravis,
nsus & ponderosus, si eo destitueretur.

Franciscus Vlmus, Pictaviensis Gallus

au-

dacius à *Galeno* divortium facit, expri
fisque verbis in peculiari & perelegan
Libello de Liene docet, recipere splene
chylum ex intestinis, exinde sanguine
conficere, qui deinde cordi, (ut exim
sanguis arteriosus, & spiritus vitalis e
boraretur) per arteriam splenicam &
ortam communicetut.

Æmilius Parisanus cum *Vlmo* consse
tit; in eo autem tantùm differt, quòd sa
guinem aquosum in Liene paratum
cor pro refrigerio & humectatione
duci credat.

Carolus Piso verò in *præfat. oper. doct.*
de morb. ex seros. colluv. ort. profitet
sanguinem arteriosum omnem perf
prorsus in Liene, non autem præpar
in corde demum perficiendum; ex L
ne enim pulsu deduci in omnes corpo
partes. Per vas breve quoque & per
nas gastricas & epiploicas serosum
potulentum humorem ex ventricul
Liene statim exsugi existimat. Et
de la Chambre Tract. de Digest. Liem
conficere spiritus in usum abdominis
bitratur.

æsp. *Bauhinus* Theatr. *Anat.* l. 1. c. 43°
ndem Lienis sanguificationem defen-
t, verùm sanguini in eo confecto alium
tribuit usum. Statuit nimirum, san-
ninem istum è crassiore & terrestriore
ylo præparatum cedere in nutrimen-
m tùm ipsius Lienis, tùm ventriculi,
li, omenti & mesenterii per venam
lenicam emissum; ejus etiam partem
iquam in proximas arterias rapi, in a-
rtam mitti, ut sanguis calidior tempe-
tur & spiritus in eo nimis mobiles
quod ad ingeniorum constantiam plu-
mum faciat) remorentur, partemque
rassiorem, quæ sit ineptior, ut in bonum
utrimentum mutetur, partim in ventri-
ulum (ut appetitum excitet) partim in
enas hæmorrhoidales, interdum in
ortæ truncum, aut in arterias spleni-
as, ut ex iis ad renes abeat, effundi.

Bauhinum hac in parte unanimiter i-
itantur *Varolius*, *Platerus*, *Iessenius*,
Hoffmannus, *Sennertus*, *Laurembergius*,
t alii. Ac imprimis *Laurembergius*, qui
olleg. Anat. Exerc. VII. §. 13. & 14. ita

scribit : *Supereſt vera & genuina Lienis actio, quam* Hippocrates, *Plato, & poſt eos Ariſtoteles ſcriptis profeſſi ſunt, ſcilicet Lien confectioni ſanguinis incumbit, non minus quàm jecur (ſcilicet merito veni rum, carne ſecundarias operas illûc conferente,) quia utriq; huic viſceri ſimilis ſtructura : utrique, inquam, parenchyma, vas circumfuſum : Vtrique vena & arteria plurimæ : ex utroque vena eunt ad inteſtina abducentia chylum : Vtrarumque venarum eadem ſubſtantia, inſertio, &c. Vtraque eodem prorſus liquore ſcatent : Eam ob cauſam Ariſtot. diximus paulò ante Lienem appellâſſe νόθον ἧπαρ, ſicuti Hippocrates eundem dixit ἧπαρ ἀεὶ ſτερεὸν Plato ἧπατος ἐκμαγεῖον. 2. Quia Lienis affectus τὴν ἁιμάτωσιν proximè & immediatè ladunt. Dum verò tàm Lien quàm jecur ſanguificationi incumbunt, non idpolindiſcriminatim faciunt & abſtata lege : Sed Lien operam ſuam locat viſceribus pleriſque infimi ventris, ventriculo, inteſtinis, omento, meſenterio, pancreati ſibique demum ipſi. Jecur reliqua cohortes partium corporis.*

Hæc

Hermanu. Conringius lib. de sang. genet. & mot. nat. existimat Lienem ex ventriculo interea, dum chylum ex solido cibo conficit, & antequam functâ omni illius concoctione, pylorus aperiatur ad chyli confecti in intestina protrusionem, attrahere ad se non nihil chyli, non ejus, qualis solido è cibo præparatur, sed liquidioris & potulenti; non lactei, sed magis aquei ac limpidi; non per pylori viam, sed per peculiare vasorum genus ac novum, & quod ipse non credit, fore unquam conspicuum, nisi in corpore quodam, in quo minor est ventriculi & Lienis cohæsio, quodque non multò post acceptum potum vivens adhuc ac spirans aperiatur. Chylum istum potulentum, ait porrò, in Liene in venulis lacteis per hepar dispersis respondentibus, tùm in ramulis venæ splenicæ, cum quibus istæ fortassis uniantur, ab interno chyli calore, excitato & roborato à viscerum calore à corde accepto, & sito partim in carne sanguinea, partim in ipso sanguine concoqui quâdam simplici mu-

tatione in sanguinem humidum & frigi-
dum, & quia non separentur recrementa
quædã s.n. in Lienis isthac coctione, im-
puriorem ineptumque nutritioni, nisi
alibi perficiatur. Quam perfectionem
ut consequatur, statuit rursus, emitti ill-
lum sanguinem omnem ex Liene, & per
venam splenicam unà cum aliquo san-
guinis arterioſi accepti per anastomosin
illam ante Lienem, deferri primùm in
venam portæ, atque inibi cum sanguine
venoso, ab omento, pancreate, ventricu-
lo & colo intestino regurgitante com-
misceri; qui tùm simul pergant ad he-
par, dubio procul uberioris elaboratio-
nis gratiâ.

Henr. Regius lib. de fundam. Physic. cap.
10 eandam cum *Conringio* opinionem
fovet, sanguinemque è chylo crassiore in
Liene coqui, & deinde ad hepar amanda-
ri statuit: in eo solummodo differt, quòd
chylo non cœcas è ventriculo ad splee
nem vias ponat; sed vas breve ad eum u
sum accomodatum existimet.

Ioh. Veslingius Syntagm. Anat. c. 4. sang
gui

uificationem quidem Lieni tribuit, a-
ueum chylum autem, nec per lacteas,
ec per venas arterioſasve, ſed per po-
os obſcuros lacteis ſimiles è pancreate
t & ex ipſo ventriculo ad eum duci, i-
ique coqui, alterari & in ſanguinem
utari putat.

Riolanus in Enchirid. Anat. exiſtimat
lenem limoſum ſanguinem attrahere
d ſui nutritionem, inde ſerum quod-
am peculiare fermentativum per arte-
as ſplenicas effundere in ventriculum,
cùm bibulum ſit ejus parenchyma, per
rnas elicere & emungere ſuperfluum
quorem ex ventriculo, ut melior fiat
ctio.

Albertus Kyperus inſtitut. phyſic. l. 8. c. 3.
ienem ſanguinem à corde transmiſſum
iquantulum immutatum aptum face-
, ut fermenti ad inſtar mutationem
yli in ſanguinem promoveat; & ita
utatum per ramos venæ portæ verſus
par amandari ſtatuit. Et *Inſtit. Med.*
c. 19. Lienis officium eſſe putat, fer-
mentum aliquod elaborare, quod ad he-

par deductum ejus operationem facili litet.

Cornel. ab Hogelande Histor. Oecon. Animal. peculiarem sanguinis nimis subtilis deorsum à corde missi fermentationem in Liene ponit, quod pluribus argumentis probat, & tandem concludit: ipsum Lienem sive ejusdem substantiam purum ac perfectum esse fermentum, cujus actione & functione sanguis in salutarem corporis nutritionem, spirituum generationem fermentetur ac præparetur.

Anatomicus illustris *Thom. Bartholinus cent. 4. Histor. Anat. 51.* Lienis usum esse sanguinem acidum depurare, & fermentum pro totius incolumitate præparare, autumat. Et *l. 1. Anat. Reform. c. 16.* sententiam *I. VValæi* ex autopsia certa ratione depromptam verissimam judicat. Is cum in vivis dissectionib° nullum humorum motum per venæ portæ ramum splenicum ad Lienem observaret, certò concludit, non esse vero simile vel melancholiam ex hepate, vel chy-

per ramum splenicum ad Lienem ferri, quare nec Lienem melancholicum recipere ab hepate excrementum, nec ex melancholia chylove in Liene sanguinem fieri. Sed contrà animadvertit semper, omnem sanguinem ex Liene & celeriter satis, & satis validè continuò ad hepar deferri, ut & illum ex vena hæmorrhoidali, vase brevi, & aliis venis, quæ ramo splenico junguntur. Nullum autem humorum motum esse ad Lienem, nisi per arteriæ cœliacæ ramum splenicum: quare Lienem aliunde naturaliter non accipere materiam quam immutet, quàm ex arteria cœliaca: putat autem verosimile esse, sanguinem ulteriùs perficiendum à cordis calore dissolvi, & ubi is à corde adigeretur, per arterias cœliacas in Lienem, non totam illam sanguineã massam retineri à Liene, sed ut vesica fellis tantum bilem, ita Lienem partem sanguinis acidam capere, quam possimus melancholiã appellare, non aliter ac destillatione chymicâ seregari è rebus spiritum acidum vide-

mus : illum acidum humorem perfici à Liene, à quo Lien nigricans & acidus fermentitur. Hunc acidum humorē permiſcerri poſtea ſanguini in vaſis & chylo in ventriculo, & eos reddere tenuiores ; quare obſtructo Liene craſſos in corpore humores coacervari, non quòd craſſi à Liene non trahantur, quos nec in eo naturaliter licet invenire ; ſed quòd Lien attenuantem illum humorem acidum nec queat ſanguini chylove communicare. Hujus acidi humoris, quicquid ad nutritionem ineptum eſt, id cum ſero per urinam excerni ; facilè enim talia acida, ut acetum, ſpiritus ſulphuris aquæ miſcerentur, qui & acidus humor poſſit deſtillando ex urina iterum elici. Quatenus ergò Lien acidam ſanguinis partem ex corde trahit & mittit præparatam ad meſenterium, ut reliqua pars ab hepate elaboranda fiat purior & illuſtrior, patet quodammodo locum habere antiquorum opinio, ſtatuens, Lienem eſſe riſûs ſedem. Etenim animalia alacria

pl

plus splenis habent; salaciora plus jecoris; placidiora minus fellis; timidiora plus cordis; magis vocalia plus pulmonis &c. Unde illud:

Cor ardet, pulmo loquitur, fel commovet iras,
Splen ridere facit, cogit amare jecur.

Antonida van der Linde in Med. Physiologic. de egregio ac nobili LIENIS usu ita scribit: *Lien accipit à corde per arteriam splenicam, unà cum sanguine ipsum nutrituro etiam sanguinis reliqui omnis excrementum crassum & terrestre, cum copia seri officio suo quasi defuncti. Deinde ex utriusque partibus melioribus, in rete ejus verè mirabili exactissimè mixtis, & veluti circulatione quadam plusquam perfectis, efficacitate caloris, quem propter vitalitatem suæ substantiæ acerrimum obtinet, quodammodo coquit atque elaborat melancholiam verè dictam. Ter-*

tiò melancholiam hanc per venam ſplee
nicam à ſe emittit in truncum veno
portæ, inque eo affluentis ab inteſtinis
chyli cum refluente abdominis & veno
portæ annexis viſceribus cruore exa
ctiſſimam mixtionem fermentationi
quâdam, ſeu digeſtione procurat & ſi
efficit, ut longè breviore tempore &
operâ facilliore chymus fieri ex utrisqu
illis ab & in hepate poſſit. Et *Merl*
tem. Med. Phyſiolog. l. 2. §. 27. Lienis offi
cium facit ad limum è ſanguine accipien
dum & reddendum ſanguini converſum
in fermentum,

Iacob. de Back Diſſertat. de corde ſect.
2. *c* 2. in hunc ſolum uſum & finem Lie
nem exiſtimat fabricatum, ut ſcilicet
ſanguinem, quem copioſè à ramo artc
riæ cœliacæ (& præter ſanguinem ni
hil, neque ab alia quapiam parte quic
quam) accipit, per raram & ſpongi
ſam ſuam ſubſtantiam percolatum,
portam deponat, ut ibi, unà à reliqu
um viſcerum nutritione revertentc
chy

hymum paucum respectu affluentis sanguinis suâ copiâ diluat. Cui tanta necessitas videtur, ut, cùm, obstructo Lienis, sanguinisque motu inhibito, chymus non aptè diluatur, corpus extenuetur à depravato nutrimento, Lien verò, restagnante sanguine in majorem & molestam increscat molem. Item *c.* 6. *pag.* 142. & 143. causam reddit, quòd præter tantam sanguinis diluviem, à viscerum nutritione reflui, & Lieni animal donaverit, quò per spongiosum parenchyma filtratum, ab arteriis acceptum sanguinem tàm liberaliter largitetur, in non alium finem, quàm diluendo chylo, ut à pancreate & mesenterii glandibus contaminatũ, rubroque colore tinctum, in splenicos & mesentericos ramos effusum, probè diluat, & salutarem hepati devehat.

Excell. *Thom. Willis Diatrib. de Fermentat, c.* 5. *pag.* 28. & 29. Lienis officium egregiè admodum declarat, cum ita scribit: *Dum sanguis per arterias advectus Lienem subit, ipsi detrahitur*

qui-

quiddam, scilicet particulæ limosæ et terrestres, quæ sunt cruoris veluti fex & caput mortuum; ut hac ratione tota cruoris massa, à succo melancholico seu atra bile liberetur: quæ in Liene non secus ac flava bilis in hepate secernitur: quare Lien plerumque est atri aut lividi coloris, propter fæculentiam illic depositam. Cùm verò hic succus in Liene repositus non sit omninò inutilis, sed ob copiam salis fixi sit valde fermentescibilis naturæ, non statim utilibus, in cloacam rejicitur, sed ulterius in Liene coquitur; & exaltatus in fermentum abit, quod denuò sanguini omnissum, ejus motum & volatilisationem promovet. Quare ut sanguini per arterias Lienem ingresso, aliquid detrahitur, scilicet crudus melancholiæ succus: sic eidem per venas refluo, aliquid continuò additur, scilicet idem succus coctus, & in fermen-

ti naturam exaltatus. Non secus ac chymici inter destillandum, ut liquor optimus fiat, partes subtiles & spirituosas, à capite mortuo destillando segregant, ac dein ipsi reaffundunt; atque hoc opus toties repetunt, donec caput mortuum crebrâ destillatione volatilisetur, & liquor secundùm omnes suas particulas ritè exaltetur. Quod hujusmodi sint Lienis usus, indicium est: Quia viscere hoc malè affecto, sanguis aut fermentescit nimis, uti in affectibus scorbuticis & hypochondriacis: aut si Lien sit obstructus, vel scirrhoso tumore obsessus, sanguis idoneâ fermentatione destituitur, atque hydrops cachexia vel tympanites inducitur.

Highmorus Disquisit. Anat. l. 1, *sect.* 3 *c.* 3. existimat, sanguinem melancholicum per arteriam cœliacam à corde transmissum in Liene fermentari ac separari, sanguineum q; separatum, quantum

tum ad sui nutritionem inserviat, appo-
nere, & quod relinquatur sanguinis
purioris & ab excremento melancholi-
co defœcati, per substantiam ejus perco-
lari, & ramo splenico emandari: à quo
in portam & jecur, atque inde per venu-
larum anastomoses in cavam, inde ad
cor rursus deduci, ut calorem & spiritus
de novo acquirat, atque purus ab omni
excremento exinde ad aortam pro par-
tium nutritione impellatur. Succi au-
tem melancholici, ait porrò, in Lienis
substantia separationem inter fibras ejus
hoc modo fieri existimamus. Quum
sanguis Lienis porosam substantiam, un-
dique ab arteriis in illam effusus per-
transeat, facultate quâdam innata (quam
nulla alia pars habet) succus melancho-
licus, qui antea cum sanguine confun-
debatur, fermentatur, congregatur, parr
ticulæque homogeneæ uniuntur: quæ
sic unitæ naturæ nullo modo, nec in nu-
trimentum illius domari aptæ, si multæ
non sint, unà cum sanguine ulterius pro-
gredi potuerunt; sin verò in majore
con-

ongregantur quantitate, ut naturæ mo-
estiam afferant, eam ad expulsionem
uocunque loco & modo irritant. Ideo-
ue insurgens natura ad proximam aut
nagis convenientem evacuationis viam
& locum eas propellit; nunc ad mesa-
as, & per alvum, aut hæmorrhoides;
dque à ramo splenico per venas minu-
ulas in pancreas; unde per ductum il-
ius in duodenum effunditur: nunc ad
enes, cum in aorta maximâ quantitate
aturam lacessunt, & per urinas: nunc
er arterias minores ad habitum corpo-
is & per sudores deponit. Atque hîne
xcrementorum separandorum modum
aturalem æmulatur artificialis ille me-
icamentis purgantibus, &c.

Item *Disquisit. Med. de Melanchol. Hypochondr. c.* 4. Lienem ventriculi gra-
iâ formatum esse dicit, ut calore suo,
quasi foco supposito, concoctionem
romoveat; ut motu inter particulas ci-
borum inde oborto, facilius per fer-
mentum stomachale partemque liqui-
dam seu potulentam fiat salium solutio.

Et

Et præter hoc ejus officium, aliumq; quem gratiâ fibrarum nerviq; insignium ris adeptus est, usum assignat. Nempe ut per nervum, mediantibus nervosis illis fibris in Lienis parenchymate complicatis, sanguis à spiritibus animalibus ad nutum passionum commoveatur & agitetur. In sanguinem namque agere spiritus animales, ruborem illum in faciem verecundè erubescentis; priapismum statim ad rerum Venerearum, vel adspectum, vel auditum, extremarum frigiditatem, & sanguinis retractionem in timore, abunde testari dicit.

Franciscus Glissonius Anat. Hepat. c. 45. planè novam de Lienis usu foventem opinionem, putatque fibras copiosiores (quas nervorum propagines esse autumat) in eo humorem aqueum imbibere, & deinde humori alimentario in nervis communicari, fluidior ut reddatur. Verba ejus sunt: *Liquor hoc pacto (Lienis) nervis imbibitus, non videtur esse ipsemet succus nutritius, sed*

humor

emor magis aqueus, quique succo illi
ehiculi loco inserviat. Quippe jam
atea à nobis dictum est, sanguinem
utriendis partibus ineptum esse: ad-
que minus verisimile est, alimen-
m propriè dictum è sanguine prole-
fari. Quin etiam rationi magis con-
uum videtur, nutrimentum verum
b organis mitioribus ac benigniori-
us (quàm Lien deprehenditur) parti-
us accedere, ut mox dicetur amplius.
Quare potius existimem, liquorem
unc esse merum vehiculum, quod suc-
um verè nutritium fluidum conser
et, & à coagulatione tueatur, quò fa-
lius in corpus totum distribuatur.
Jamque probabile admodum est, ali-
entum verum facilè concrescere &
agulari, nisi ab admixto tenuiore ve-
culo in fluore perpetuo conservetur:
bque hanc coagulandi aptitudinem
artibus nutriendis promptius adhæ-
ret,

ret, easdemque vel adauget vel reficit. Quamobrem credibile est, fibras nervosas jam dictas, partem sanguinis tenuissimam, mitissimam & aquosam maximè elicere, ut vehiculi vicem præstet. Idque vel exinde porrò confirmatur, quoniam sanguis è Lienem gradiens solito crassior conspicitur, adeoque verisimile est, eundem, dum parenchyma illius perlaberetur, de tenuiore sua substantia nonnihil amisisse. Quemprimum fibræ istæ (ut diximus) partem aliquam tenuis mitisque illius humoris è sanguine epotârunt, prædam omnem in nervos capillares sibi conjunctos indeque in ramos eorum majores transferunt: qui cum arteriis associentur, iisdemque quasi capsulam circumstruant, fit, ut caloris, pulsatuumque earum adminiculo liquor illic nervorum plexum glandulis renalibus adsitum facilius traducatur. Ubi ne

olum confluxus nervorum eidem ex-
ipiendo par in promptu adest, sed &
rganum, impuritatibus, è Liene for-
uitò affluxis aliò derivandis idoneum
bidem adnectitur; nempe glandulæ
rnales, quas renes succenturiatos vul-
rò dicimus.

Paracelsus lib. de Mod. Pharma-
and. tr. 1. Lieni præ aliis visceribus
propriam digestionem tribuit, emun-
ctorium autem ejus, ut & cordis, ob-
curum esse ait: & nunquam quem-
quam fuisse, qui Lienis emunctorium
purgaverit, alio in loco adfirmat.

Ioh. Baptista von Helmont, miras de
Liene habet opiniones: 1. fermentum
acidum in eo parari & ventriculo inspi-
rari ait. In *Tract. de jure duum vi-*
rat. Splen inspirat fermentum dige-
stivum stomacho & est vegationis
exordium. Ibid. §. 13. *Splenis pro-*
prius est stomachus, multiplici arteria-
rum tortuositate admirabilis, quo Li-

en sibi soli coquit; sub qua digestion minimus error si irruat, splen dige rendo cessat, debitaque stomacho exter no fermenta denegat. Tract. de Sead anim. §. 26. Reperi solenem inser vire pro fermento stomachi, ejusque solo ceo ctore & directore: idcircò amborum viscerum conspirationem decrevi voo care duum viratum. De Sextupl Digest. §. 20. Splen namque in stoma chum, vas amplum sui fermentum in spirat; neque enim Splen cibos immee diatè attingit.

II. Imaginationem in eo locat *Tract. de Concept. §. 1. 2. Quamob rem in Liene imaginativa primorum conceptuum, eaque inde ad stomachum duum viratus socium, etiam & hinc facilè ac primordialiter in altero sexu ad uterum distenditur. Splen ergo tàm focus est idearum conceptarum in in imaginativa hominis, quàm ipsius*

air

chei. Ibid. § 52. est itaque dis-
rsus conceptusque à Liene, tan-
am viscere omnium maximè san-
ineo, plurimisque arteriis opulento
act. de duum virat. Concludam igi-
r, etiam invitis scholis, imaginatio-
m quandam sanam atque integram
bere Spleni, si Vitiata, atque præ-
rdialis melancholia inde promana-
t.

III. Coctionem sanguinis in eo ad-
ttit l. de Iure duumvirat. §. 49.
externo Liene scilicet, tanquam cu-
æ cruor, sanguis matris recoquitur
ihi suspicionem facit exactioris san-
ificationis, quam hepatis Lien hac
parte concitat, ut scilicet recoctus
dem cruor, tantuplici arteriarum
rtuositate, velut stomacho, adeor re-
ocedat.

IV. Somnum & insomnia à Spleno
ducit. In *Tractat. Duum virat.* §.

24.

42. sic ait: *Somnus est affectus splenis, huicque à deliciis. §. 38. Splen erg suis per intervalla intentus reflexionibus, deliciis, & lassatorum remediis tertiam vitæ partem nobis per somnum furatur.*

V. Venerem in eodem viscere quæ rit, ipsumque sperma in testibus qui dem, sed beneficio Splenis coqui cr dit. *De duum virat: §. 42. Vt sangui ficatio incipit in venis meseteriis tanquam jecoris stomacho, sic spermatis coctio fit testibus à Splene. Tract. de asthm. & tus si §. 58. Lien Veneris nidus.*

VI. Asthmatis causam radicalem Liene ponit, sic tamen, ut pulmo no prorsus culpâ careat. *Tract. de asthm. & tussi §. 58. & 59.* observavit Lienares mnes, dum præ senio Lien defungi ii cipit, anhelare; itemque digitos stup re subinde à Splenis incommodis.

Franc. Oswald. Grembsius, perse rantissimus ille *Helmontii* Imitator, *Labor. integr. & ruinos. l. 1. c. 8. de usu pa*

§.

eandem demirando Lienis usu cum
montio, fovet sententiam. N 13. ita
more suo Helmontiano differit:
enis usus est; ut vitale fermentum
ricet, ex insito spiritu salino balsa-
o; hoc si in debita dosi in stoma-
m inspiratur, fiunt appetentiæ, si
ò exorbitat, tunc morbi. N. 14.
en insuper spiritum inebriantem è
nacho suscipit, & hic spiritus omni
etabili innascitur, & per artem
fermenti vi è concreto disligatur.
olen regulariter se habet, statim in
na proditur; in ea quippe nubecula
tinetur. Splen insuper propriam
et digestionem, quâ vitiatâ, conge-
tur productæ, ex quibus fiunt tu-
res. N. 15. Splen est fons idearum
ceptarum in imaginativa hominis
ipsius archei, & hic archeus suas
et peculiares imagines, quas anti-
hias vel sympathias nominâsse
inde est. Quamobrem Helmon-

rius ponit originem imaginativa e
primorum motuum in ſplene, in qu
omnium perturbationum energia p
ſita eſt. Et tandem *N.*30. *Somnus i*
ſplene fit, qui floret ſuis conceptibus
quoties ſopit alterius alimenti delici
ſuos conceptus, tunc dat ab opere in
ducias, & fit ſomnium, quæ induci
ſi minus perfecta fuerint vel nimi
ſollicitudine perturbatæ, tunc profe
ſomnia confuſa. In ſomno tamen n
ſemper animæ diſcretrix vis ſopita e
quia aliquando ſomniamus in angu
nos mingere.

Illuſtris Germaniæ Anatom
cus & Medicus *Guernerus Rolfinc*
l. 8. conſult. Medic. 3. p. 713. Q
ſanguis purior & Spiritibus generan
aptior conficiatur, Lienis hoc officiu
eſſe, ait, Chylum in venis axillaribus
teratum, in dextro cordis ſinu ferm
taliter ſolutum, In pulmonibus & ſi
ſtro cordis ventriculo in novam ſ

antiam redactum, & coctionis vim
iquo modo expertum, cùm ad ejus re-
ionem mediante circulatione perve-
erit, feculentiores & terreſtriores par-
es extrahere, amplius coquere, & quæ
bundant, per arterias & ductum pan-
reaticum ad inteſtina & renes dedu-
ere.

Cl. *Ioh. Theod. Schenckius Exerc. A-
at. 6. l. 1. ſect. 2 c. 24.* Lienem ſanguifica-
e ſcribit de ſecundâ ratione eatenus,
atenus à corde, quod principium ſan-
uinis eſt, περίλειμμα ſuperfluitatem
ῦ πρώτου prioris, id eſt, ejus quod è
hylo in ſanguinem ab ipſo eſſentialiter
ransmutatũ erat, terreſtriorem & craſ-
orem, quæ melancholiæ nomine indi-
itatur, unà atque cum abſolutè dicto u-
li μέλανι χροφῇ, tùm igneis, terreis
ᴄ aqueis tenuioribus περίττωμασι
liis per τὰ οἰκεῖα ὄργανα, arteriæ de-
endentis ramum videlicet ſplenicum
ᴄcipit, transmiſſam diſſolvit, attenuat,
nàt, iterumque per venas ejusdem co-

gnominis dimittit, ubi postquam cum reliquo in ventriculo & intestinis re- fluo adveniente venoso fuit mixta he- parque ingressa, tanquam ἀντιπαῖ καὶ ἐπαμφοτερίζων illius, edomitis se- paratisque inibi iterum biliosis seroſiss- que obviis, cavam ascendit, inque cor τῆς ὅλης πρέψεως ἕνεκα revertitur.

Celeberr. *Gothofred. Mœbius* Med. *Physiologic. c.* 16. totam massam sangui- nis, crebriore circulatione à natura in- stitutâ, tandem Lienem transire dicit, vel partem quandam sanguinis in Lien rité coctam & fermento isto specific- imbutam in regressu ad cor, juvare to- tius massæ sanguineæ fermentationem ut recrementosæ partes ad separatio- nem disponi queant. Et quicquid *Ke- perus* de usu Lienis dixit, quod sangu- nem à corde transmissum immutet, & ptum faciat, ut deinde fermenti inst- chyli in sanguinem mutationem pr- movere queat: istud potius adfirmat eo, quòd nimirum sanguis in Liene p- culiari modo coquatur, fermentetur

leinde tota massa sanguinea eo fermen-
o infecta conceptum fermentum con-
nuet, quo excrementa ita disponi que-
nt, ut in locis convenientibus segrega-
i possint.

Anton. Deusingius Id. Fabric. corp.
um. part. 1. *c.* 6. Nequaquam Lienem
elancholicum succum ab hepate reci-
ere, ut neque chyli portionem, quam
aboret, à trunco portæ admittere tra-
t: sed proprietate substantiæ suæ ac vi
-assamenti inter plexus residui fermen-
imbuere massam sanguineã per arte-
as advectam, sicque præparare ean-
em ad spirituum vitalium faciliorem
eneſin in corde futuram: quamvis per
epar demùm ac venam cavam ad cor de-
ratur.

Francisc. de le Böe Sylvius Anatomi-
s & Medicus longè exercitatissimus,
isp. Med. 5. *de Lien. & Gland. usu* arbi-
atur, sanguinem à corde per arterias
Lienem delatum ibidem spiritibus a-
malibus continuò eodem confluenti-
s commixtum, magis magisque cum

ipsis permisceri & digeri, atque sic ill tincturæ aut fermenti sanguinei essen- tiam exaltari & plusquam perfici.

Excell. *Leonhard. Blasius Comm. in Syntagm. Anat. Vesling. c.* 4. humorem mercurialem à massa sanguinea in Lie- ne segregari censet, qui dein eidem suc modo iterum commixtus, beneficio venæ splenicæ, portæ & cavæ cordi red- ditus, ex eo ad ventriculum aliasq; par- tes cum sanguine per arterias deduci tur, ut fermenti naturam habens co ctionibus, segregationibus, alteration bus humorum variis in partibus celeb brandis inserviat. Accipere autem L enem suam materiam à corde per artc riam splenicam; nihil omnino ipsi ac cedere per ejusdem nominis venam, c quòd contrarium humorum motum à Liene nempe ad hepar, per hanc fiet notaverit. Nec venæ brevis hîc aliqua utilitatem esse, utpote quæ Lienem n attingit, sed sanguinem à ventriculo splenicam venam reducit, quò sic cor restituatur.

Mi

Marcell. Malpighius de viscer. struct. Exerc. Anat. de Liene c. 6. relictis variis de Lienis usu cogitatis, tandem peculiarem succum in Liene generari, novamque ex hujus mixtura in sanguine subsequi constitutionem verisimile putat, quâ bilis facilius exaltetur, & in jecore separetur. Hanc energiam in sanguine adhuc conservari opinatur, ita ut illum cor cavam & pulmones subit, toti massæ chylo lymphâ & aliis peculiaribus fermentis ditatæ, eandem vim imprimat, unde virtute etiam hujus celebratâ fermentatione, & nobili illâ in pulmonibus & præcordiis miscellâ, singula, quibus sanguis ipse instruitur pro nutritione, sensu motu & fermentorum peculiarium reparatione, exaltata, & ulteriora ita conserventur, ut occurrantibus consimilibus structuris excepta facile separentur sub debita, v.gr. salivæ, suoris, succi pancreatici, nervei, & similium formâ & hac ratione necessaria sanguinis compages principaliter splenico hoc succo foveatur.

Gualt. Charleton, Medicus & Anatomi-
cus celeb. *in lib. suo singulari de Scorbut*
c. 6. art. 13. haud improbabile judicat, san-
guinem, dum per diffluxile ac bibulum
visceris hujus parenchyma trajicitur, ad
tenuari, in rivulos propè innumeros,
quin & minutiores moleculas diffringi
(aquarum more per manicam *Hippocra-*
tis transmissarum) adeoque præservari
à coagulatione, cui naturá suá pronus
est, maximè post emensum tàm longum
à corde iter. Hoc enim auguratur par-
tim ex immensa multitudine, miraculi
implicatione fibrarum, quibus univer-
sus splen stipatur; partim ex ingenti nu-
mero arteriolarum, in quas arteria splé-
nica mox ab ingressu suo dispergitur
quasq; pariter in minimos hinc inde ra-
mulos subdivisus nervus comitatur: tu-
utrisque adjunctas, & per totum Lienem
dispersas glandulas, ab accuratissimo
Malpighio luculenter descriptas, tacitè
prætermittat. Quippe vix fieri possi
sibi videtur, ut tot, tantasque viarum
angustias sanguis permeet, quin sim-

in minutissimas guttulas comminuatur. Quæ omnes rursum coëuntes in rami splenici venosi alveum, conceptamque tenuò fluxilitatem retinentes, quod itineris reliquum est, facilius & citra coagulandi discrimen conficiunt.

Atque ita præcipuas præcipuorum autorum de usu Lienis sententias adduximus, quas omnes ordine examinare vobis & tædiosum esset, & Lecturis molestum. Consultum tamen erit quodam de hoc negotio breviarium, qua in re plurimi consentiant, & quâ differant, exhibere, ac in certos ordines data vota redigere.

In primo quidem ordine habentur *Democritus*, *Erasistratus* & *Ruffus Ephesius*, Lienem nulli negotio à natura destinatum, sed turpi otio deditum esse decernentes.

In altero ordine offenduntur ii, qui hoc viscus quidem alicui usui mancipânt, diversis tamen modis. *Hippocrates* & *Plato* ipsi humoris aquosi; *Aristoteles* alimenti & humorum superfluo-

rum; *Galenus & Laurentius* succi me-
lancholici coctionem; *Quercetanus* hu-
moris acidi fermentationem; *Vesalius*
fomentum pro ventriculi coctione; *Vi-
mus, de la Chambre*, *Bauhinus*, *Varolius*,
Platerus. *Hoffmannus*, *Iessenius*, *Spigelius*
Sennertus, *Parisanus*, *Reusnerus*, *Carolus*
Piso, *Veslingius*, *Laurembergius*, *Conrin-
gius*, *Regius*, plurimique alii, sanguinis
chylo coctionem; *Hogelandius*, *VVilli-
sius*, *Bartholinus*, *Schenckius*, *Rolfinciu*
Deusingius, Mœbius, *Backius*, *Sylvius*
Blasius, *Malpighius*, *Charleton*, & all
sanguinis fermentationem; *Kyperus* san
guinis è corde transmissi aliqualem co
ctionem pro chyli fermentatione
Highmorus sanguinis melancholici
corde advecti fermentationem, succi
melancholici separationem; *Lindanu*
sanguinis excrementi crassi & terrestri
cum copia seri quasi defuncti suo offici
è corde adducti elaborationem, chy
in trunco venæ portæ fermentationi i
servituram; *Glissonius* separationem se
per nervos pro succo nutritio diluend

P

Paracelsus peculiarem digestionem. *Helmontius* & *Grembsius* fermenti pro ventriculo præparationem, sanguinis ctionem, imaginationtm, Venerem, mnum, & nescimus, quæ alia insomnia ibuunt.

In tertio ordine observantur dissidens opiniones de loco, ex quo ad Lienem icatur alimentum, seu alius coquendus ecus. Is autem est *Hippocrati* & *Aristoteli* κοιλίη venter (quam vocem alii terpretantur de cavitate ventris, in qua imentum continetur, qualis est ventriulus & intestina) *Galeno* & *Laurentio* par; *Vlmo*, *Bauhino*, *Platero*, *Hoffmano*, *Varolio*, *Iessenio*, *Spigelio*, *Sennerto*, *aurembergio*, & aliis intestina; *Conrino*, *Reusnero*, *Pisoni*, *Regio*, *De la Chame* & aliis ventriculus; *Veslingio*, ventriulus & pancreas; *Kypero*, *Highmoro*, *indazo*, *Hogelandio*, *VVillisio*, *Bartholi*, *Rolfincio*, *Schenckio*, *Backio*, *Deusin*, *Mœbio*, *Sylvio*, *Blasio*, *Malpighio*, *arletoni* & aliis cor.

In quarto ordine nobis ante oculos

ponitur locus, ad quem, id quod in Lie
ne fuit coctum atque elaboratum, abb
eat. Eum *Hippocrates* vesicam & al
vum; *Galenus* ejusque sequaces, ut *Lau
rentius* & alii ventriculum pro appetiti
excitando; *Bauhinus*, *Platerus*, *Hoff
mannus*, *Varolius*, *Iessenius*, *Spigelius*
Reusnerus, *Sennertus*, *Laurembergius*,
alii ventriculum, intestina, aliasque hy
pochondriorum partes pro nutritione
Vimus, *Parisanus*, *Piso*, *De la Chambr
Helmontius*, *Grembsius* & alii cor-; *Co
ringius*, *Regius*, *Kyperus*, *Highmorus*, *L
danus*, *Willisius*, *Bartholinus*, *Rolfincius
Schenckius*, *Mœbius*, *Backius*, *Sylvius
Deusingius*, *Blasius*, *Malpighius*, *Charl
ton* & alii hepar constituunt. *Glisson*
diversam ac peculiarem præ cæteris
nervis in Liene repertis amat opinio
nem, uti antea diximus.

CAPUT II.

Cogitata Medicorum ac Anatomicorum quorundam præcipua circa Lienis usum enunciat, eaque examinat.

PRæcipuas præcipuorum Anatomicorum ac Medicorum de usu Lienis opiniones in superiori capite adduximus, quas omnes ordine examinare nobis & tædiosum esset, & Lecturis molestum. Antequam autem ad verum Lienis usum nos convertamus, cogitata Medicorum ac Anatomicorum quorundam non levia circa Lienis usum enunciata ventilabimus, ut nostra sententia, quam concepimus ac pro stabili firmamento habemus, eò purior, clarior ac illustrior reddatur.

Certè Lienis usus hactenus inter eruditos fuit pomum Eridos; de eo enim tot opiniones reperiuntur, quot ferè sunt Scriptores Medici. Hæmatosin olim tribuerunt quidam Lieni, ast de viis admodum dubii fuerunt. Nonnulli enim

per

per vas breve venosum ejusque ramos aquosiorem chylum Lienem sugere credi-
diderunt. Verùm vas illud breve num-
quam fuit candicante succo repletum
Adhæc interdum non inseritur in Lie-
nem, sed ramus est splenicæ extra illum
ac semper suo sanguine turget. Quo-
itaque à vase illo provenit sanguinis, i
in splenicum ramum profluit; unde no
datur in Lienem regressus.

Cl. *Joh. Dan. Horstius* in hoc casu qui-
dem venam splenicam substituit, sed in
vitâ experientiâ & venarum officio.
Liene & arteriis omnem sanguinem ac-
cipit, nihil reddit splenica vena, unde
gata in vivis versus Lienem impletur
tumet ex *VValæi observatione*, sed ver
sus hepar inanitur. E ventriculo nih
præter chylum tenuiorem ac aquosio-
rem per peculiares suos ductus lacteo
ad hoc viscus amandatur; nulla enim
lia vasa in homine immediatè cum
communicant. Ramulus arteriæ cœ
liacæ ad ventriculum sanguinem defer
more omnium aliarum arteriarum; ne
we

erò revehit. Ramuli venæ portæ à ven-
riculo quidem ad truncum ejusdem
anguinem à nutritione superfluum re-
ucunt; sed ab isto trunco nihil ad Lie-
em abit, verum potius sanguis è Liene
d eum quoque accedit, & ita mixtus
d hepar pergit. Et licèt verum esset,
uòd ramuli venæ cœliacæ simul por-
ionem potûs & cibi subtiliorem vel spi-
ituosiorem à ventriculo acciperent,
uod quibusdam videtur verisimile, ni-
il tamen ex eo, ut antea dictum, ad Li-
nem, sed solùm ad hepar veniret;
ùm omnis sanguis è vena portæ ex hy-
ochondriis ad hepar amandetur, non
ice versâ.

Nec admittenda videtur *Henr. Regis* pinio *lib. de fundam. Physic.* quoniam li-
èt inter ligaturam & ventriculum tu-
neat vas breve, non supra versus Lie-
nem; hoc tamen minimè indicat, chy-
um à ventriculo per vas breve venosum
d ipsum ferri Lienem; sed est sanguis,
ui circulatu us, si ligaturâ impediatur,
as prædictum extendit.

Hâc

Hinc etiam Cl. *Iacob Backius Differtat. de corde sect. 2. c. 2.* an aliquid à ventriculo in Lienem deferatur, asserere arduum judicat : scit existimare viros ett iam graves & non contemnendi judicii portionem chyli tenuiorem sese insinuare in tunicarum ejus poros (simili modo quo imaginantur admitti ab intestinorum membranis & venis mesaraicis tenuè, quod post egressum è crasso ressiduo expressione separatur) & unà cum sanguine remeante per venarũ gastricarum ramulos in Lienem duci, ibique ex arteriis copiosissimis in venas transeunti sanguini misceri, & à calore ejusdem Lienis subactam, deinde per ductum splenicum, cum hæmorrhodiali in venam portæ & hepar confluere.

Hæc cùm obscura sint, neque satis manifesta, iis adhibere fidem, aut contradicere non audet; tunica ventriculi tamtùm videtur impedita emittendo humore ad coctionem requisito, ut suspicetur duobus contrariis motibus, è tunicæ poris in capacitatem, & è capacitate in tu-

nic

cæ poros, præcipuè dum chylifican-
im adhuc in eo hæret, uno eodemque
mpore inſervire non poſſe.

Nihil etiam [illegible]ebare ait, quòd venæ,
uæ in Lienem feruntur ligatæ, in ani-
hali vivo, verſus ventriculum intume-
ant; hoc enim omnibus venis ligatis
ſt familiare, detumeſcere verſus trun-
um, diſtendi verò eis ligamen. Quare
hîc? Venæ enim gaſtricæ in ramum
nſeruntur ſplenicum, & quidem in Lie-
e adhuc latitantem, ſed Lienis ſubſtan-
iam, qui per eas mittitur ſanguis, non
ttingit. Confunditur tantùm cum ex
o egrediente, & cito motu, ſine mora
n portam, diluendo chymo, è glandibus
meſenterii ibi concurrente, fertur.

Præter vas breve, etiam per venas ga-
ſtricas & epiploicas ſeroſum & potulen-
tum ex ventriculo ſtatim exſugi à Liene
exiſtimârunt *Reuſnerus*, *Carolus Piſo* &
alii, qui ignorârunt motum humorum in
hisce venis. Utraque vaſa exonerant
ſe in ramum ſplenicum, & tùm recto du-
ctu ad hepar amandatur ſanguis, nec

ob-

obstantibus valvulis, ad Lienem regre
ditur.

Hoffmannus & *Spigelius* per arteria
mesaraicas lutosam chyli portionem a
Lienem deducunt, ut ibi in sanguine
coquatur. Qui eâdem culpâ tenentur
Arteriæ enim sanguini ad mesenterium
devehendo destinatæ sunt, quod ex li
gaturis oppidô manifestum est: quem
admodum etiam nihil per venas mesa
raicas deducitur ad Lienem, sed contr
à Liene ad mesaraicas. Et eâdem v
vehi sanguinem & revehi chylum, à natu
ra est alienum, ne confundantur. Prae
terea nunquam in sectionibus vivis chy
lus ibi observatur. Lutosa autem po
tio chyli, quâ nulla pars ad sui nutritio
nem indiget, rectius per intestina ex
purgatur. *Galeni l. 2. de loc. affect. c.* 1. &
aliorum veterum Medicorum ac Ana
tomicorum constans opinio fuit, Lie
nem succos limosos, crassos & melan
cholicos in hepate genitos attrahere pe
vas venosum, & attractos, præcipuè arte
riarum ope, alterare, sibique convenien

al

imentum inde elaborare ; reliquum
rò & quod mutile eſt ad ventriculum
er aliam venam mittere, nec tamen ſine
ilitate , dum ſua acerbitate actiones
ntriculi roboret. A vulgata hac ſen-
ntia multi receſſerunt, negantes , ſuc-
am melancholicum in hepate genitum
Liene attrahi : ſed ſtatuerunt , mox ex
enarum meſaraicarum trunco , ante-
uam chylus ad hepar feratur , portio-
em ejus craſſiorem, ingenitâ facultate,
er portæ ramum ſplenicum ab eodem
lici. Et in hanc ſententiam poſtea
onceſſerunt Anatomici plerique , *Va-*
lius, Poſthius, Ieſſenius, Platerus, Bauhi-
us, Spigelius, Sennertus , Laurembergius
Riolanus in *Anthropographia prima*.
ed condonandum iſti ſeculo, quia igno-
vit, quæ poſteris jam innotuerunt. Au-
opſia enim anatomica docet , nullum
ylum, ſeu craſſum, ſeu tenuem per ra-
um ſplenicum ad Lienem deferri. Ad
æc ligatura in vivis monſtrat, nihil per
mum ſplenicum deduci ad Lienem,
d contrà à Liene ad venam portæ &

con-

consequenter ad hepar. Per solum ergò ramum splenicum defertur omne quod ex Liene profluit, & quidem non nisi in venam portæ & hepar.

Verum enim verò, cur meatus illi à *Galeno* & aliis ad succum hunc ad Lienem ducendum instituti repudiantur? Cur novæ, eæque multis anfractibus abruptæ, & tàm longæ exquiruntur viæ semitæque inauditæ, imò quæ naturæ injurias faciunt? breviter ostendemus. Melancholiam primùm *Galenus* dixit excrementum esse secundæ coctionis in hepate, at quomodo hoc fieri poterit, si per ramum splenicum à chylo in portam separetur, antequam hepar ingrediatur chylus. Sed dicat aliquis, postquam in hepate fortè separetur, in portam regurgitare; & per ramum splenicum ad Lienem deduci est verisimile. Nequaquam certè, quomodo in hepate separari poterit? Ad bilis separationem illîc assignantur vasa separantia; ad melancholiam verò nulla. Præterea, quid illam in portam regurgitare faceret? Sed hoc

con-

ncesso, quod vel suâ naturâ, vel virtute
enis attractrice, in portam rursus de-
catur; quomodo inde ad Lienem
nseat? perfacillimè, inquiunt, per ra-
um splenicum. Nullo modo; in ramo
im splenico, ut c. 13. sect. 1. dictum est,
lvulæ apponuntur, omnem ad Lienem
gantes transitum, nec quicquam in il-
m remeare potest. At si quis hîc ul-
rius urgebit: verum hoc esse potest in
ccis, damis, ovibus, equis, canibus &
teris animalibus, in quibus hujusmo-
valvulæ inveniuntur, in homine verò,
quo tales nunquam observantur, alia
separationis via; corpusque huma-
m multùm à cæteris animalibus dis-
epat. Ita ne! Quia in figuris exter-
, ob situs forsan convenientiam ani-
lium viscera ab humanis paulò varia-
concessit natura: Ideò statim aliud il-
fingemus officium? In naturalibus a-
onibus nulla omninò in omnibus ani-
libus est partium discrepantia. Qua-
pedes chylum conficiunt in ventri-
o, æque ac homo; sanguificat in cor-

de,

de, æquè ac homo, similiter & excr
menta deponunt, in vesiculam fellis,, b
lem; in vesicam urinariam, serum;; corde & cerebro spiritus conficiunt,, homo, non in jecore aut intestinis : hepate per cavam ad cordis ventric lum dextrum sanguis defertur in illis,, in homine, non à corde ad hepar in br tis, in homine verò ab hepate ad cor. cùm in omnibus hisce actionibus nat ralibus bruta cum hominibus conspir rare videamus, cur in hac, æquè ac cæt ris naturali, discrepantiam fingeremus Præterea valvulas in corpore human ramo splenico non prorsus denegamu illas tamen dicimus esse non adeo co spicuas, ut in cæteris animalibus. Ja verò cum nullæ aliæ, præter arterias, i veniantur viæ, per quas aliquid in L nem transferri poterit, illis officium Jud facilè concedimus.

Ex ista autem falsa ac autopsiæ anat micæ planè contraria opinione, qu nimirum succus limosus, crassus & m lancholicus in hepate genitus ad lienc

di

atur ; seu quod Lien per ramum sple-
am attrahat , duæ adhuc aliæ opinio-
longè falsissimæ emergunt ; quarum
est : quòd Lien sit humoris crassi &
ancholici receptaculum ; altera ve-
quòd Lien per vas breve venosum
norem melancholicum & acidum in
triculum ad eum roborandum ac
petitum excitandum eructet.

Triplicem namque actionem Vete-
Lieni tribuerunt. (1) Attrahere hu-
rem melancholicum , excrementi-
m & limosum ex hepate. (2.) Me-
cholicum excrementum inde secer-
re, ut bono sanguine nutriatur. (3)
retum in ventriculum & intestina e-
ctare. Statuitur etiam alimentum
enis ab arteriis elaborari & frangi ,
m caro fungosa & laxa nutriri debeat
guine vaporoso & subtili, Ductus,
quos eructare putatur excrementum
elancholicum . sunt primùm vas bre-
, & deinde vena hæmorrhoidalis. Vo-
t itaque splenem esse melancholici
crementi , seu feculenti crassi sangui-

nis

nis in hepate segregati receptaculum (quemadmodum vesica bilaria flavaa bilem recipit) & ideò Lienem è regio ne hepatis positum.

Lienem verò huic excremento rec piendo tantùm dicatum saniores Anat mici ac Medici negant. Nulli enim a sunt ductus ab hepate succum hunc iu mediatè ad Lienem deferentes. Et quis dicat per ramum splenicum, à factu tate insita Lienis, à portæ trunco, ant quam hepar ingrediatur, succum hu separari; quomodo tunc secundæ c ctionis in hepate excrementum dicip terit, cùm ad hepar nunquam perven rit. Absurdum insuper est, regurgita debere excrementum in venam port & postea in ramum splenicum. Per ec dem ductus excrementa suspiceret rursum expurgaret. Cur non per h tis substantiam disperguntur surculi h jus receptaculi, aut saltem rami splen quemadmodum vesica bilaria ramul suscipit in hepate dispersos. Lien etia non est idoneum hujus excrementi

ptaculum, quia nullam habet cavita-
n, quâ contineat, nullamque viam,
â se exoneret, sicuti bilis vesica, & ve-
a urinaria obtinuit. Non in ventri-
lum per vas breve eructatur, quia tùm
dum continuò emoveremus; nec
hæmorrhoides evacuatur, quia tùm
nnes hæmorrhoidibus laborarent. Et
denique excrementi receptaculum es-
, cur non inferiori loco situs est, ut
mmodius suscipiat ponderosum ex-
mentum, quemadmodum reliqua re-
ptacula? Ejus igitur longè alius usus
, qui arterioso sanguine juxta consue-
dinem aliorum membrorum alitur.
ar ergò tàm nobile viscus theca pessi-
recrementi esse poterit? tot arteriis
egnans. Nec ideò ipse fabricatus et-
n, ut sit organum excrementorum re-
ptioni inserviens.

Quapropter nunc planè arbitramur,
stquam nullum vas (quale observatur
erque ureter urinam deferens à reni-
s ad vesicam urinariam) reperitur,
od secretum in Liene liquorem qua-

lem.

lemcunque, tanquam inutile corpori re
crementum ad partem aliquam exter
nam, per quam vel continuò, vel per in
tervalla in totum è corpore excludatu
ac eliminetur, transportare queat: V
rûm, venæ duntaxat & vasa occurrant
lymphatica, per quæ, quicquid ex Lien
effertur, possit deferri; & venæ quidem
contentum in se sanguinem propellan
in venam portæ, & consequenter in ip
sum hepar; lymphatica verò vasa lym
pham suam in truncum effundant:
propter, inquam, opinamur, quicquid
Liene prodit, sanguinis commisceri ma
sæ; ac proinde nullum in Liene fieri
inutile, noxiumve corpori excremen
tum; verùm sanguinem in corde ja
confectum, ac copiosè ad Lienem de
latum amplius in ipso elaborari, & qua
dammodo perfici, adeò ut fermen
ti cujusdam sanguinei, aut tinctu
(cum chymicis si loqui libeat) indu
ibidem naturam, cujus interventu fa
lius & celerius in sanguinem abeat ch
lus.

Nec ſententia eorum, qui humorem melancholicum & acidum in Liene elaboratum partim pro roboranda coctione, partim pro appetitu excitando ad ventriculum per vas breve venoſum deportari cum *Galeno* & *Avicenna l.c.* ſtatuerunt, firmo innititur talo; nullus enim ejusmodi humor in Liene generatur; & ſi generaretur, excrementitius eſſet, nullique uſui dicatus: impediretur potius coctio alieno iſtiusmodi humore excrementitio ingeſto.

Et ſi excrementum hoc feculentum & melancholicum à Liene ad ventriculum mitteretur: fieri non poſſet, quin chylo admiſceretur, eumque inquinaret & corrumperet, & plura mala ſymptomata excitaret. Ventriculus etiam ſano & nativo robore gaudet; appetitus excitandus aliam agnoſcit cauſam, ut non eò excrementitii hujus humoris incimento non opus ſit. Quin etiam iſta Anatomia hæc, quæ de excremento-rum melancholicorum in ventriculum per transmiſſionem dicuntur, maximè ſuſpe-

cta reddit. Qua de re insignis Anatomicus *Vesalius Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9.* hæc habet: *Ego sanè*, inquit, *de hac recrementi Lienis in ventriculum eructatione & ejus usu nihil afferre audeo: nequit etiam sectio hæc, quæ tamen citra ullam controversiam Anatomes Professores audacissimè asserunt, luculenter commonstrat. Primùm enim nullum meatum illi, quo bilis in intestina repurgatur, simillem esse, haud ambigo: Venæ autem, quæ sinistro ventriculi lateri implantantur, non à Lienis prodeunt corpore, sed ab illis quæ jam Lieni inseruntur. Neque ad penitus harum venarum per ventriculum series visitur, quàm reliquorum omnium corpus ventriculi petentium. Deinde nigra hîc est prorsus vena, conjuge carens arteriâ. Postremò, si quid in ventriculum Liene defertur, id potius ventriculi fundum petit, quàm superius illius orificium. Et nulla sinistrum ventriculi latus adit nullo alio turget sanguine, quàm reliqui ventriculum implantantes venæ.*

Et, quod magis est, aliorum Neote-

rum autopsia luculenter ostendit, per
sa brevia arteriosa sanguinem quidem
Liene ad ventriculum pro hujusce nu-
tione fluere: at ejus magnam partem
r vasa brevia venosa refluere ad Lie-
m: per ramum verò splenicum nihil
runco venæ portæ ad Lienem, sed con-
à Liene versus hepar affluere sangui-
m, qui per arterias cœliacas Lieni in-
uatur. Nullum ergò liquorem aci-
m aut quemvis alium per vas breve ex
ene in ventriculum deferri, sed tàm ex
ntriculo, quàm ex Liene, mediante
cto vase sanguinem in aliam venam in
no splenico desinentem prodire, ipsæ
aturæ prædicti vasis (propè ventricu-
n & Lienem) in vivorum dissectioni-
is ostendunt.

Hinc etiam Cl. *Marcello Malpighio*
Viscer. Structur. Exerc. Anat. de Liene
. certissimum videtur, sanguinem, qui
enem attingit, ab eodem unà cum
mmixto quocunque corpore, quod
separetur, & immiscetur à membra-
sis sinibus & cellulis, in continuatum

splenicum ramum exprimi, qui, cùm patentem in jecur viam inveniat, arduú videtur in vas breve, quod ab arteriis propulsum sanguinem impetu revehit, insinuari posse; & hujus impossibilitatem præsenti experimento explorat. Ligato splenico ramo, libera adhuc comes arteria permaneat, ita ut propulsus sanguis à Liene refluens impeditam inveniat viam in itinere ad jecoris portas, ligentur interim portiones vasis brevis propè tunicas ventriculi, ne sanguis à comitibus arteriis in ipsum irrumpat, vel mavis digitis compresso vase brevi versus splenicú truncú sanguis exprimatur; etenim licèt impensè turgeant Liene & ramus splenicus, non tamen unquam à Liene ascendet sanguis per continuatum vas breve in ventriculi fundum. sed, impediente valvulâ in hiatu ejusdem vasis in splenicum ramum, detinebitur, donec, solato vinculo, in jecur rapiatur, vacuâ semper & flaccidâ interim permanente vasis brevis inter valvulam & ligaturam, seu digitorum pressuram, portione.

A

Alioquin etiam non negamus; quan-
doque fieri posse, ut redundante vitioso
humore melancholico in vasis splenicis,
is quoque per hoc vas ad ventriculum
confluere possit, ubi eum non nutrit, nec
roborat, nec appetitum excitat, sed po-
ius conturbat, vomitiones sanguineas
nigras, aliaque symptomata gravissimo-
um affectuum inducit, de quibus Me-
dici Practici in hypochondriaco & hy-
dropico affectu agunt.

Mixtam ex omnibus his opinionibus,
quas hactenus adduximus, Lienis actio-
nem nuper procudit *in Enchirid. Anat.*
Riolanus, limosum scilicet sanguinem
attrahere ad sui nutritionem, inde serum
quoddam particulare fermentativum
per arterias splenicas effundere in ven-
triculum, & cùm bibulum sit ejus pa-
renchyma, per venas elicere & emunge-
re superfluum liquorem ex ventriculo.
Nobilior sanè est Lienis actio, quàm ut
superfluum ex ventriculo suscipiat. Id
autem per quas vias? Nam venarum of-
ficium est, sanguinem in partibus ex ar-

teriis revehere ad truncũ ex fundamẽ
tis circulationis frustrà hîc à *Riolano* iii
pugnatis. Nec aliud ligaturæ in vivis cd
cent.

Franciscus Vimus, quem sequunt
Carol. Piso, & *Æmilius Parisanus*, in
bell. de Liene censuit, Lienem pro sinist
cordis ventriculo arteriosum sanguinẽ
conficere, sicut pro dextro hepar. Qua
sententiam jam dudum à Cl. *Hoffma*
no lib. de usu Lien. c. 24. Excell. *Conri*
gio lib. de generat. sang. & motu nat. c. 2
Celeberr. *Thom. Bartholino Anat.*
format. l. 1. *c.* 16. refutatam legimus, qu
(1.) nulla est via, per quam in cordis s
nistrum ventriculum illabatur sangu
hic confectus; neque enim per aortã
potest, propter valvulas ad ostium ej
sitas. (2.) Permistio fieret succorum
perfecti & imperfecti, si eâdem viâ
demque tempore acciperet cor sangu
nem & iterum redderet. (3.) Sine L
ne multa vivunt, quæ tamen spiritus
tales generant.

M. de la Chambre tractat. de Dis
stione existimat Lienem conficere spi

s in usum abdominis. Sed is spiritus
nutriendas & vivificandas partes in-
iores per aortam suppeditatur, qui
ssit sufficere. Si tamen spirituosi san-
inis modificationem quandam in u-
n abdominis accommodatam intelli-
, eum meritò cum Excell. *Bartholino*
usamus.

Arduum sanè ac molestum nobis o-
s esset omnes Anatomicorum ac Me-
orum de officio Lienis opiniones,
umque discussiones hîc adducere.
nicquid novi nuper *Helmontius* &
ssonius de hoc Lienis usu in medium
ɔtulerunt, jam ab Excell. *Thom. Bar-
lino l.*1. *Anat. reformat. c.*16. & *High-
ro Disquisit. de affect. hypochondr. c.* 4.
ntilatum & refutatum legimus. Sub-
imus ergò in hoc *capite*, & sequens
redimur.

CAPUT III.

mum ac verum Lienis usum, qui est sanguificare, manifestat.

QUamvis hactenus Autorum varias
de usu Lienis opiniones recensue-
us, nihil tamen certi de vero ejus offi-

cio exinde judicare potuimus. Prætermissis ergò pluribus rerum difficultatibus ac verborum ambagibus, in hoc capite ad primum verum Lienis usum, qui est sanguificare, accedere nobis placuit.

Galenus quidem *l. 4. de usu part. c. 11* & *l. 6. de loc. affect.* docuit, Lienem saltem humorem feculentum & melancholicum ex hepate attrahere, ejusque esse conveniens receptaculum. Contra ante eum *Aristoteles l. 3. de part. anim. c. 7.* tradidit: τὸν σπλῆνα βοηθεῖν πρὸς τὴν πέψιν τῆς τροφῆς, hoc est, Splenem conferre ad concoctionem nutrimenti, & consequenter δύναμιν αἱματοποιητικὴν habere. Et hanc sententiam postea sequuti sunt *Alex. Aphrodiseus sect. 2. probl. Aretæus l. 1. de caus. & sign. morb. chron. Autor. lib. de respirat. Reunerus l. de Scorbut. c. 4. Platerus*, *Bauhinus*, *Casp. Bartholinus*, *Hoffmannus*, *Spigelius*, *Sennertus*, *Horstius* & alii. At verò modus αἱματοποιήσεως illius : a omnibus eodem modo non determinatus

r. Quidam enim Lienem instar he-
tis sanguinem elaborare voluerunt,
d nec de via consenserunt, nec de chy-
natura. Præprimis autem statuerunt,
ienem ex crassa chyli parte per ramum
lenicum insitâ facultate ad se tractâ
nguinem crassiorem, sed tamen lauda-
lem ad nutrienda viscera infimi ven-
is elaborare. Probârunt hoc (1.) ex
ructuræ affinitate cum hepate. Quem-
dmodum enim hepar viscus carnosum
t, tunicâ vestitum, vasis plurimis dona-
m cujus caro quasi sanguis affusus est;
a etiam Lien viscus est, tunicâ dona-
m, & plurimis vasis variè implicatis,
ujus caro propria quasi sanguis affusus
congelatus est. (2.) Plexus sunt in-
niti in Liene: at plexus solùm elabora-
oni novæ inserviunt; quæ elaboratio
t chyli pro sanguine. (3.) Patet hoc
x situ rami splenici, qui est longè infrà
epar, ex trunco venæ portæ, ubi attrahi-
r pars chyli, sive chyli sanguinis ali-
uam dispositionem habentis; si itaque
ateriam ibi recipit, ex qua fit sanguis,

cur non etiam ſanguificabit Lien. (5.)
Ex ductu rami ſplenici & connectionem
Lienis cum ventriculo per venas pernu
infinitas arguunt, quas ſi quis rectè perp
penderit, (inquit *Sennertus l.* 1. *c.* 9. *Inſtitu*
tut Med.) vix cauſam aliquam inveniet
cur non uſum eundem iis cum reliquis
venæ portæ ramis attribuat. Imò anim
adverſum eſt, Lienem vices hepatis ſubi
ire, & hepate malè affecto, ejus offici
fungi, unde mole ſuâ interdum hepar ſuf
perat, ut ex *Veſalio Fabric. corp. hum. l.*
c. 9. *Schenckio l.* 3. *obſerv.* 91. & *Fernel*
l. 1. *Phyſiolog. c.* 7. videre licet. (6.) Quòd
magna vaſa non à jecore immediatè, ſed
à portæ vena, quæ chylum vehit, tendant
ad Lienem, quam ob cauſam potius chy
lus, quam ſanguinis excrementum
hoc viſcus permeabit (7.) Omnes
homine partes, ajunt, eſſe bipartitas,
in renibus, teſtibus, pulmonibus, mam
mis, organis ſenſuum patet; ſi unicam fe
cit natura, eam in medio locavit, ut cor
ventriculus, uterus, veſica, naſus, lingua
os. Lien verò & ſitu & ſtructurâ cru

hepa

pate convenit, ergô & alterum esse par, ac sanguinis conficiendi organum existimant. (8.) Verisimile non , tàm numerosas arterias Lienem inedi, & tàm patentes arteriarum cum nis anastomoses in illo inveniri in excrementorum gratiam, quin potius ad quendum crassiorem sanguinem, ut per contrariam tenuitatem contux crassities frangi possit. (9.) Liem observârunt Anatomici hepate altrò rubicundiorem & majorem. Et fœtu Lien rubet, ut hepar. (10.) Indum hepatis situs mutatur, ut sit in sitro latere, & Lien in dextro. His ad- *Platerus* (11.) omnes hepatis morbos ue Lieni convenire & sanguificatiom tollere. (12.) Eadem remedia ad lendum vitia utriusque usurpantur, llumque discrimen, nisi quod fortius magisque aperientibus in affectis Lienis uti debeamus, invenitur.

Hisce machinis non contentus est *ffmannus in lib. de usu Lienis*; hinc ulius in hujus sententiæ confirmationē

ur.

urget, & (1.) ex venæ portæ ſubſtantiæ ita argumentatur: Quæ venæ eandem ſubſtantiæ ſpeciem habent, illæ quoque eandem habent actionem; at portæ dexter ramus & ſiniſter, videlicet ramus ſplenicus eandem, ad ſenſum, ſubſtantiæ ſpeciem habent. Ergò. Ejus autem actionem eſſe ait, vehere chylum; & certè qui portam arbori aſſimilant, meſaraicas omnes ejus radicibus comparare debuêre, quibus ex inteſtinis alimentum trahant (2.) infert: Splenicus trahit id quod exortu ſuo contingit; at contingit chylum. Ergò. (3.) Ex rami ſplenici progreſſu arguit: Dividitur, inquit, ſtatim in ramos multos, quorum plurimi in ventriculum feruntur: quos ſi meſaraicis compares, non ineptè dixeris eſſe uterumque idem officium, una origo & una ſubſtantia deſignat unam actionem (4.) Lienem, inquit, hujus furculi inſeruntur, ut in hepate, & ad eundem modum per ſubſtantiam ejus diſſeminantur. (5.) Deinde ſubſtantia Lienis non minus eſt parenchyma, quam

hep

par, itaque chylum non minus tra-
t.

Si autoritates valeant, multæ etiam
medium proferuntur, *Aristoteles lib. 3.*
part. animal. c. 7. ita ait: *simili naturâ*
edita hepar & Lien; item, *Lienem es-*
quasi jecur adulteratum, & ubi Lien ex-
uus est, ibi hepar bipartitum esse, & quòd
ones partes fere in corpore bipartitæ sint.
lato Lienē vocavit ἧπατος ἐκμαγεῖον,
pressum hepatis simulachrum. *Hippo-*
ates eundem dixit ἧπαρ ἀριστερόν.
lii vocant hepar v[illegible]arium, sinistrum.
utor l. de respirat. usu hoc confirmavit,
i & *Alex. Aphrodisæus, Aretæus*, & alii.
rchangel Piccolhomineus alterum usum
enis fecit copiosiorem sanguinem
nficere.

Verùm argumenta supra allata parùm
nguificationis opus in Liene probant
nfirmantque. Ad ea autem præci-
a breviter & in genere pro instituti
ostri ratione ita respondemus. Quanta
noad structuram in his duobus viscer-
us, hepate scilicet & Liene sit diversi-

tas,

tas, satis superque patet sensibus in artificiosa dissectione; quam ob causam argumentum illud primum nihil firmitet concludit. Plexus etiam ad elaboratic nem simpliciter non inserviunt, sed potius ad moram, ne sanguis citius præterfluat, quàm oportet. Præterea plexus illi in Liene, non sunt ejusdem naturæ cum illis in hepate, rete mirabili ubi variè contexuntur venæ & arteriæ sed ex fibris variè inter se contextis constant, quasi percolationi potius quàm sanguinis elaborationi inservirent.

Partes etiam, quas geminavit natura commercio quodam, vel vasorum communi origine conjunxit, ita ut deficient alterâ, ejus vicem suppleat altera illæsa Quemadmodum in renibus, arterias e aorta, venas ex cava utrisque communi cavit; sic testes ab iisdem truncis sua va sa possident Pulmones sua ab eade trachea, venâ & arteriâ; & sensuum o gana ab eodem principio nervos suc petunt. At hepar & Lien tale commer cium non habent; à cava enim ad Lie

ner

m nullus patet aditus. Et quamvis par non ſit in medio, non tamen neſſariò duplex eſſe debet, quia aliàs ntriculus quoque, in ſiniſtro latere erens, duplex requireretur. Notanm autem, illa membra ſolùm eſſe ducia, quæ facultatem ſuam utrique late- neceſſariam ad utramque partem comunicare nequeunt. Multitudo item teriarum aut anaſtomoſeωn nihil facit mpliciter ad ſanguificationem. Illarum um in prædictis ſatis illuſtratum dedius. Et magnitudo alicujus partis præ- rnaturalis nil niſi errorem naturæ, non ficium aliquod naturale illi debitum obare poteſt. Quòd ſi interdum hetis ſitus mutetur, ut ſit in ſiniſtro late- , & Lien in dextro, rarum eſt exemum, fitque ſaltem præter naturam, nec lam ſanguificationem in Liene pro- t: Lienem verò hepatis vices ſubire quenquam demonſtrare poſſe cenſeus. Morbi præterea cum hepate & ene communes aliis quoque partibus nvenire poſſunt, an ergò illis hæma-

toſin

tosin tribueremus? inflammatio utrisq; convenit, quæ fit ex sanguinis extra vasa quocunque modo aberratione, unde cùm sine motu sit, & major sit ejus quantitas, quàm à parte illa regi poterit, putrescit & inflammatur : hoc idem pleuræ accidit. Obstructio utrisque etiam commune malum, sic scirrhus.

Sed hæc cuilibet parti vasa habenti multa, in quæ humores crassi impingantur, accidere possunt : ut renibus, pancreati, pulmonibus, non tamen vim habent sanguificam. Et iisdem remediis morbos hepatis & Lienis tolli est necesse, non quòd partem affectam similem respiciant, sed quia similem materiam & eandem morbi causam in diversis partibus inveniunt.

Quæ de situ rami splenici ejusq; progressu & divisione, item de venæ portæ rami dextri cum sinistro, videlicet ramo splenico quoad substantiam similitudine dicuntur, quibus chyli motum ad Lienem probare contendunt, saltem commenta sunt, & autopsiæ veræ anatomicæ

plane

planè contraria ; ne minima enim chyli portio ad Lienem immediatè per ramum ſplenicum deducitur ; & ligatura in vivis manifeſtè monſtrat, nihil per venas meſaraicas deduci ad Lienem, ſed contrà à Liene ad meſaraicas. Fatemur quidem, ſplenicum ramum eandem habere actionem cum cæteris meſaraicis, ſanguinem ſcilicet ad portam revehere, ſed quomodo eandem habeat actionem, cùm cæteræ ad portam (juxta doctrinam *Hoffmanni*) trahant, ſplenicus verò à porta. At certè ſi traheret, non chylum importaret, cùm ipſum ne attingat quidem. Venæ illæ à ventriculo ad portam delatæ, ſunt arteriarum comites ad ventriculum, & idem habent officium cum illis in cæteris corporis partibus. Et vaſa quoque non ſunt hujus actionis opifices, ſed parenchyma, quod in quolibet viſcere eſt diverſum, aliud in hepate ; aliud in pulmonibus, aliud in renibus, in Liene etiam aliud. Ergò & officia diverſa illis ſunt aſſignanda.

Quid dicamus de autoritatibus, quas ad-

adducunt. In Medicina sanè ac potissimum in Anatomia non autoritatibus, sed rationibus & experientiâ pugnamus.

Quidam tenuissimum sanguinem, spiritûs vitalis materiam in splene præparari statuerunt, ut *Francisc. Vimus in lib. de Liene, Carol. Piso*, & *Aemil. Parisanus*, Quidam cum *Reusnero in lib. de Scorbut.* humidiores & magis aquosas chyli partes in Liene præparari & in sanguinem converti voluerunt. Quorum opiniones in superioribus jam ventilavimus, & ad singula ferè verba nostrum responsum dedimus.

Quidam Lienem trahere faculentam sanguinis partem eamque colligendo sanguinem reliquum puriorem reddere dixerunt; quam sententiam passim *Galenus* proposuit, eumque sequuti sunt præstantissimi quique, quod patet ex *Vesalio, Fernelio, Laurentio, Columbo*, & aliis Classicis. Confirmant hanc communem assertionē argumentis subsequentibus. (1.) Qualis in aliqua parte color & sapor excedit, talis quoq; humoris adest abundan-

dantia: at in Liene color lividus & sapor acidus percipitur. Ergò melancholicus humor in Liene colligitur. (2.) Ubi frequenter scirrhosi tumores & obstructiones accidunt, ibi feculentum sanguinis excrementum colligi necesse est. At in Liene frequenter illud accidit. Ergò. Minorem probant ex *Galeno l. 13. meth. med.* & *l. 5. medicam. simpl.* ubi simul causam addit *Galenus*, dicens, propterea frequenter Lienem his affectibus obnoxium esse, quod humorem crassum ac feculentum contineat. (3.) Cujus obstructio est causa melancholici succi redundantis in reliquo corpore, illud est ejus receptaculum. At Lienis obstructio est causa redundantis feculenti succi melancholici in reliquo corpore, quia icterus niger subsequitur: Ergò Lien est receptaculum sanguinis feculenti. (4.) Accedit, quòd melancholicus succus à Liene ad ventriculum transmissus, appetentiæ causa sit, quod non fieret, nisi primùm ab ipso colligeretur.

Quæ argumenta jam ex parte in superiori

riori *capite* ventilavimus ac etiam refutavimus; ut verò ex asse iis satisfaciamus, nos hæc addimus. In sanis Lien semper & naturaliter rubet, & non est lividus; neq, etiam talem saporem acidum exhibet, qualem ei tribuunt. Si enim Lien sanguinis melancholici tantùm esset receptaculum, utique ejus substantia imbiberet aliquem saporem atræ bilis, quem in ejus usu & esu gustu perciperemus. Atqui aciditas ista, quæ in Lienibus gustatione percipitur, modica & temperata est, ac ex Lienum diversorum quoque animalium coctorum gustatu nihil tale, quod amarum & valde acidum sit, indiciumque humoris melancholici præbeat, deprænditur; sed potius grata quædam dulcedo, præsertim in juniorum animalium, porcorũ, vitulorum, cervorum, &c. Lienosa carne, quæ palato non est insuavis. Obstructo quidem Liene; crassi & melancholici in corpore coacervantur humores, non quòd crassi & melancholici humores à Liene non trahantur, quos nec in co natu-

turaliter licet invenire; sed quod Lien tincturam suam seu succum acidum attenuantem nequeat sanguini chylove communicare. Si quid excrementitii humoris in sanguine est, id facilè per alias vias, beneficio tincturæ hujus, expurgari potest. Quando autem atræ bilis fit receptaculum, id nonnisi ex depravata ejus actione, cùm nimirum tincturam hanc vel planè non generat, vel non justo modo generare potest, ac obstructione, duritie & scirrho laborat, ob quam læsionem multum feculenti, crassi & adusti humoris, tàm in ramo splenico, quàm ipsa substantia Lienis, vicinisque vasis colligi potest, accidit. Atque in hoc insignes Medici, quos omnes ad ditum recensere nobis molestum esset, consentiunt. Nec etiam præclari Anatomici ab hac sententia longè discedunt, quemadmodum videre est apud *Vesalium, Columbum, Archangel. Piccolhomineum, Riolanum, Varolium, Iessenium, Spigelium*, & alios.

Nos sanguinis quandam in Liene ge-

ne-

neratione fieri concedimus, non ex chylo crasso, neque fœculenta aliqua sanguinis parte, sed ex chylo aqueo, tenui & humido, qui per venas lacteas huic usui dicatas immediatè ad Lienem deducitur, ac in eo vi caloris insitæque suæ constitutionis ac beneficio tincturæ illius, pro totius corporis nutritione ac conservatione, in sanguinem laudabilem coquitur. Et hanc actionem nobilem Lien æquè ac aliud sanguificationis organum præstare potest. Gaudet enim Lien omnibus & quidem pluribus ac majoribus sanguificationis veræ requisitis: adest raritas viscer is: gaudet calore insigni: habet vasorum amplitudinem & copiam, quorum non minima pars sunt vasa chylifera, quæ in non alium usum tùm à ventriculo tùm à pancreate ad Lienem immediatè pertingunt, quàm ut chylum tenuiorem & aquosiorem ibi deducant, quò in eo in sanguinem laudabilem commutetur: possidet etiam tincturam suam, cujus beneficio & ope chylus in sanguinem mutatur, isque redditur

aptus,

ptus, è quo vitales spiritus generentur, & n actum suscitentur.

Officium ergò Lienis consistit primò irca chylum tenuiorem ac aquosiorem n sanguinem commutandum. Quod ic demonstrare licebit. Ex morbis, quibus splen afficitur, idem non obscurè olligitur. Primùm enim quibus Lienes sunt calidiores, ventriculus plerumque est siccus & siticulosus. Nec ventriculus tantùm siccitate tùm laborat, sed & alvus ipsa. Illa verò siccitas unde, nisi chyli tenuioris & aquosioris valida attractione? Deinde quibus ita absorbetur multum chyli tenuioris ac aquosioris, illis Lien intumescit. Id certè olim etiam observatum *Hippocrati* 4. *de morb.* & 1. *de morb. mulier.* Docet idem *Alexander Aphrodisæus sect.* 2. *probl.* 44. quærens, cur febre laborantibut Lienes augeantur. *Hippocrates l. de aer. aq. & loc.* testatur, aquas plaustres bibentibus Lienes semper magnos esse & compressos, ventres verò duros, tenues & calidos. Tales verò edaces & siticulosos esse, ven-

ventresque (κοιλίας) tùm superiores, tùm inferiores siccissimos habere. Scilicet aquus illas pulsitres attrahit avidè. Lien calidior, & inde tumet, quo superior & inferior ventriculus non potest non siccari, aliorsum prolectâ omni humiditate. Subscribit huic *Aetii* testimonium *tetr. 3. serm. 2.* aquæ largiorem potum & olera humectandi vi præditæ ad splenis magnitudinem conferre. Unde & doctissimus *Vallesius 7. Epid. in Eudemo*: *Potu verò pauco*, inquit, *uti deberi Lienosos & multo plurimum ladi periclitari & fieri hydropicos, res est expertissima: neque ratio obscura. Cum enim Lien sit spongiæ similis, plurimum aquei liquoris imbibit atque distenditur, obruiturque eo facilè calor.* Contrâ autem, in quibus ad Lienem non possunt deduci ejusmodi humores, quando scilicet ipse pro sui caloris imbecillitate eos non admittit, vel quia abundat nimis humor, iis ventriculus superfluit humiditate nimia & alvus quoq; inrerdum laxior est. Docent verò hoc ipsum & multa illa sali-

qui

quorundam ſpleneticorum, & illa ventriculi nauſea, & aquæ vomitus.

Sanguis porrò eorum, qui magnis laborant Lienibus, totus tenuis eſt & aquoſus; ut dubitandum non ſit hujusmodi quid à ſplene adduci. Scribit diſertè etiam *Hippocrates 6. Epidem. ſ. 7. aph.* 30. Lienem καὶ πάρροον parere ſanguinem tenuem καὶ ἰχωροειδῆ. Et *l. 3. Epid.* de ægroto Lienoſo ſcribitur, ſanguinem illi ex nare ſiniſtra prodiiſſe aquoſum. *Ariſtoteles* etiam *ſect. 9. probl. 5.* expreſsè pronunciat, aquoſum eſſe ſanguinem τῶν σπληνιώντων. Proditur verò illa Lienoſi ſanguinis aquoſitas frequentiſſimis hæmorrhagiis ex variis corporis partibus, per ipſa cœca cutis ſpiracula ſanguine nonnunquam emanante. Fundunt quoque gingivæ ſpleneticorum ſanguinem tenuem & aquoſum. Nigredo quoque Lienis oritur ab aquoſo humore putrido & nativo calore deſtituto, vel interdum etiam à ſucco quodam aduſto; cùm non omnis ni-

gredo in humore crasso & terrestri semper consistat, sed multa quoque aquosa & tenuia esse nigra notum sit. Sunt & Lienis tumores aquosi, qui desinere tandem solent in hydropem, aut largo urinæ profluvio solvuntur. Sanè si quii crassi humores ferantur in Lienem, nom possunt non illi obstruere exilia ejus vasa. Adeò enim illa sunt arcta, ut crassi so admisso regressum non possint non de negare. Quapropter non mirum sanè esset, si Lienis tumores à crassis sæpè producerentur. Sed, ut ante diximus, sunt tumores illi plerumque aquosi, & Lien non admittit, nisi per arterias crassa. Ulterius, & magnorum Lienum excrementa tenuitatem indicant latitantium ante humorum; Profluunt enim inde urinæ copiosæ. Certè hoc usque adeò Lienosis est proprium, ut l. 3. *Coacar.* affirmat *Hippocrates*: *in longis febribus tenuibus erraticis tenuium urinarum mictus* (ἀπλυνώδεες) *Lienosi sunt.* A sudoribus quoque benè se ha-

ben

bent Lienosi. Tùm verò Lienes magni
n hydropem sæpè finiuntur, aut articu-
orum dolores, aut capitis defluxiones,
quæ omnia à seroso humore oriuntur.
Arguit eandem aquositatem visceris,
quod, notante *Aretæo l.* 1. *Chronic. morb.*
13. neque frequenter, neque citò, neq;
deò magna cum violentia inflamme-
ur ac hepar. Indicant idem & medica-
nenta ad splenis morbos magno secu-
orũ consensu comprobata, quæ omnia
quas ducunt, ut doctè *Hier. Reusnerus l.*
e Scor but. c. 4. probavit.

Ostendit postremò idem & Lienis
ubstantia mollis, rara, spongiosa, præ
ua hepar densum est: quod non solùm
Hippocrates l. de morb. testatur, sed &
ose *Galenus l.* 13. *meth. med. c.* 16. & *l.* 4.
e usu part. c. 15. Confirmatur verò ma-
imè & oculis nostris, & contactu. In-
ructus est enim Lien innumeris, sed
enuissimis vasis, fibrarum instar, quod
nprimis in Liene bubulo est conspi-
uum. Carne verò constat molli & fa-
llè dissolubili, quamq; grumos potius

sanguinis dixeris quàm carnem vel parenchyma. Tegitur porrò tunicâ, utt jam dictum est, satis crassâ, longè certè crassiore ac hepar, & quæ ex morbo nonnunquam in cartilaginem densetur. Talis verò substantia tenuibus quidem accipiendis continendisque apta est, crassioribus autem nequaquam. Fibræ enim istæ tenuia quidem admittunt, at crassa minimè. Tunicæ verò illa est densitas procul dubio, ut eò rectius tenuia & liquida, ne excidant, & hydropem creent, contineantur. Certè si crassa continenda suffeciſſet, qualis est in hepate membrana.

C

CAPUT IV.

Alterum Lienis usum; seu Tincturam illam nobilem, quam ipse in se generat, fideliter propalat.

NIhil novi in accuratiore structuræ artificiosæ hominis contemplatione est, partes varias habere actiones & usus. In corde præprimis hoc videmus. De Liene simul res constat; cujus actio & usus est non tantùm sanguificare, sed etiam tincturam nobilem aliquam in se generare, cujus beneficio variæ operationes in œconomia corporis humani feliciter perficiantur.

Arbitramur ergò sanguinem arteriosum à corde per arterias ad Lienem delatum, ibidemque per plexus fibrosos multiplices, ac quasi per retia multifariam contexta transeuntem ulterius ad splenicum ramum, in plexibus illis particulas quasdam limosas & terrestres, quæ sunt sanguinis veluti fex & caput mortuum, relinquere; hasque verò ibidem

dem ſpiritibus animalibus continuò eo
dem confluentibus, novoque continuo
affluenti ſanguini ſimiliterque transeun
ti commixtum, magis magisque cum
ipſis permiſceri & digeri, atque ſic in
tincturæ aut fermenti ſanguinei eſſen
tiam exaltari: nequaquam verò ſangui
nem ipſum tenuiorem ac puriorem, vo
latili magis, ultra modum, quem partium
nutritio poſcit, ſpiritu perfundi aut ex
altari ultra vitalitatis gradum ipſi ſangui
ni ſeu ſpiritui in eo congruentem, & c
ratione plusquam perfici, hoc eſt, rever
deſtrui ac corrumpi. Hanc autem actio
nem Lienis egregiam ſtructura viſcer
ac plexus copioſi arguunt, ipſaque ratio
quâ ad Lienem affluunt humores, & a
eodem refluunt, illuſtrat.

Maximè autem huic negotio declā
rando inſerviunt eleganter expoſita a
Cl. *VVilliſio Tractat. de Fermentat. c.*
pag. 30. *Dum ſanguis*, inquit ille, *p*
arterias advectus Lienem ſubit, ip
detrahitur quiddam, ſcilicet par
ſa

culæ limosæ & terrestres, quæ sunt cruoris veluti fex & caput mortuum, ut hâc ratione tota cruoris massa à succo melancholico seu atra bile liberetur, quæ in Liene non secus ac flava bilis in hepate secernitur, quare Lien plerumque est atri aut lividi coloris propter feculentias illîc depositas: (nimirum inter plexus multiplices Lienis, quasi in retibus hærentes.) *Cùm verò hic succus*, inquit, *in Liene repositus, non sit omninò inutilis, sed ob copiam salis fixi sit valde fermentescibilis naturæ, non statim ut bilis in cloacam rejicitur, sed ulterius in Liene coquitur, & exaltatus in fermentum abit*: (nimirum non abit in fermentum vel tincturam ipse sanguis in Liene quodammodo purificatus, atque à sedimento feculento liberatus: sed ipsamet illa feculenta materia in fibrosis Lienis plexibus hærens:) *quod fermentum*, inquit *Willis*, *denuò*

sanguini commissum ejus motum (fer-
mentativum) *& volatilisationem*, (id
est, ulteriorem spirituum vitalium ina-
ctum exsuscitationem,) *promovet*
Quare, ut sanguini per arterias Lie-
nem ingresso aliquid detrahitur, im-
quit, *scilicet crudus melancholiæ suc-*
cus; sic eidem per venas refluo, aliquid
continuò additur, scilicet idem succus
coctus, & in fermenti naturam *exalta-*
tus. Non secùs ac Chymici inter de-
stillandum, ut liquor optimus fiat, par-
tes subtiles & spirituosas à capite mor-
tuo destillando segregant, ac dein ip-
reaffundunt; atque hoc pacto toties re-
petunt, donec caput mortuum crebr-
destillatione volatilisetur, & liquor se-
cundum omnes suas particulas ritè ex-
altetur.

Atqui huic sanguinis exaltationi spi-
nicæ promovendæ, ut Excell. *Franc. de*
Böe Sylvius Disp. 5. de Lien. & Gland. u
loquitur, non parùm conferre spirituss
nim

nimales, nemo ibit facilè inficias, qui per Chymiam edoctus fuerit, omnia fixa unius ſpiritûs volatilis ope reddi volatilia; & ex fixi volatiliſatione, hînc volatilis fixatione manare multis inauditas vel incredibiles, veras tamen mutationum mirabilium tincturas. Arbitratur ergò, ſanguinem à corde per arterias ad Lienem delatum ibidem ſpiritibus animalibus continuò eodem confluentibus commixtum magis magisque cum ipſis permiſceri & digeri, atque ſic in tincturæ aut fermenti ſanguinei eſſentiam exaltari & plusquam perfici.

Sic igitur & nos quoque nervorum ad Lienem pertingentium longè nobiliorem eſſe uſum exiſtimamus, quàm qui illi à *Gliſſonio* aſſignatur: nimirum ut ſpiritus animales copiosè ſatis devehant ad Lienem, non quidem pro ſenſu & motu; non enim eſt Lien organon ſenſui ac motui ſatis idoneum; ſed ad ſanguinis in Liene fermentationem, ac conſtituendum ibidem naturale aliquod fermentum, (quod omninò ſpiritu plurimo

perfusum esse oportet) cujus beneficio deinceps sanguinis massa elaboretur, fermentetur, spirituosa reddatur, atque ita nutritioni partium quarumvis magis id nea evadat.

Hanc proinde ab animalibus spiritibus pendentem sanguinis in Liene perfectionem nonnunquam etiam lædi videmus, dum vel eadem minuitur, vel aliquando augetur; nam in medio virtus Minuitur prædicta illa sanguinis in Liene perfectio, tùm imprimis spirituum animalium defectu, tùm fortè aliquando sanguinis culpâ, & quidem viscidioris unde minus aptus est suæ perfectioni Minui quoque potest eadem sanguinis perfectio Lienis malè affecti culpâ; cùm enim per Lienis vasa penetrare, atque aliquam mutationem subire debeat tùm spiritus animales, tùm sanguis, qui ab ipso parenchymate singulare aliqui eis exspectandum veniat, non est dubium nam si gravi de causâ angustiora evadant vasa dicta, nervosa præsertim, parcius ad cedent spiritus animales; si præterea fi

mi

mius, & ideò forsan minus potens evadat Lienis parenchyma, & hactenus quoque minus exaltabitur in ipso sanguis.

Augetur contrà eadem sanguinis exaltatio spirituum animalium ad Lienem saltem delatorum nimiâ abundantiâ, quam promovere quoq; potest universus sanguis fluidior ac spirituosior, & forsan Lienis parenchyma solito tenerius, aut tenuius, aut laxius. Quomodo autem ejusmodi læsio curetur, apud *Franc. de le Boë Sylvium Med. Practic. l. 1. c. 43.* legimus. De hujus autem tincturæ usu nobili ac vario in sequentibus sumus dicturi.

CAPUT V.

Tertium Lienis usum : qui est, sanguinem beneficio & ope hujus tincturæ nobilis à succis crassis, tartareis & salinis liberare, eumque hac ratione purificare, declarat.

NOn sanguificat solùm Lien, tincturamque nobilem, cujus usu omnes in corpore partes gaudent, in se generat, verùm sanguinem etiam ipsum, beneficio & ope hujus tincturæ, à succis crassis, tartareis & salinis liberat, eumque hac ratione purificat.

Cùm enim nihil ad Lienem veniat, nisi sanguis arterioſus, videndum, quidnam negotii ei in hoc viscere sit expediendum. Ubi nobis objici hîc potest: sanguis arterioſus abit ad partes, ut eas nutriat; idem ergò usus ei erit in Liene. Verùm si in hunc solum usum isthuc abiret sanguis arterioſus, in tanta copia, quâ advehitur, non opus erat. Hepar quam

quantitate notabiliter Lienem exſuperat, & tamen longè minori ſanguinis portione per minutulum arteriæ ramum adductâ nutritur. Arteriæ ad renes abeuntes ſunt majores, quàm pro nutrimento adducendo: Unde & publico uſui, ſero nimirum à ſanguine lacunando, inſerviunt. Idem proinde de arteriis ad Lienem abeuntibus judicandum, & ſanguis copioſus adductus non ſolùm nutriet, ſed publici uſûs gratiâ ad diverſorium iſtud properabit. Arteriæ propterea mirabili decurſu & plexu totum Lienis viſcus perreptant, & tranſitum difficilem præbent; quod ipſum ejus quoque ſingularem coctionem ibi arguere videtur. Quod enim *Galenus* de hepate dicit, quòd in eo natura tantum plexum vaſorum fecerit non ſecretionis alicujus cauſâ, ſed ut morans in viſcere alimentum in ſanguinem perfectiorem mutetur: idem hîc potius de Liene affirmamus, quòd plexus vaſorum iſte mirabilis ad accuratiorem coctionem faciat. Et ut renes ex eodem arteriæ deſcendentis

ris trunco sanguinem serosiorem, ut se-
rum superfluum segregent, accipiunt;
ita Lien naturali instinctu feculentiores
& terrestriores sanguinis partes copio-
so sero imbutas etiam recipit, ulterius
digerit, coquit, aptasque reddit, ut feces
in iis latitantes in convenientibus locis
postea secerni queant.

Maximum autem hîc de depuratione
sanguinis in Liene, beneficio tincturæ
hujus, nascitur dubium. Si enim in hac
officina sanguis arteriosus & feculentus
ulterius coquitur, ubi est locus, in quo
colliguntur feces melancholicæ, seu ubi
reperitur canalis, per quem educuntur?
Cùm enim Lien νόθον ἧπαρ, sanguinem
ut hepar ulterius coquit, sua etiam vasa
recrementis destinata, ut hepar habere
debebat. *Galenus l. c.* per vas breve ve-
nosum succum melancholicum (quem
multi suceum etiam acidum vocant) ad
ventriculum deduci statuit. Quidam
ad pancreas eundem mitti crediderunt.
Verum meatum istum è pancreate ad Lie-
nem nos nunquam invenire potuimus.

nem

nec ab aliis etiam peritissimis Anatomicis unquam fuit visus; & vasis brevis usum longè alium jam antea descripsimus. Proinde, quod de corde dicitur, quod nimirum sanguinem quidem è chylo coquat, recrementa autem in aliis locis convenientibus demum segregentur; idem de Liene non negamus. Hic enim ope suæ tincturæ simili modo chylum tenuiorem ac aquosiorem in sanguinem commutat, sanguinem jam commistum ulterius coquit, fermentat, digerit, & ita disponit, ut recrementa, sive sint tartarea, sive serosa, sive ex utroque mista, in locis convenientibus commodius secerni queant. Itaque quoniam omnis sanguis è Liene ad hepar progreditur, nullum dubium, quin ib statim crassiorem quandam bilem deponat. Reliquæ scoriæ sive retrimenta sanguini bono admixta iterum ad cor redeunt, denuò coquuntur, demumque partim in cerebri emunctoriis maximamque partem in pancreate, item in renibus, in nonnullis, ubi robur naturæ ad-

adeſt, ubi abundant iſtæ ſcoriæ, per hæmorrhoides, vel etiam per arterias meſaraicas ad inteſtina, imò in toto corporis ambitu per poros inſenſibiles διαπνοὰς ſegregantur. Viſcera quippe mutuam navant invicem operam, & in unum finem, ſanguinem nimirum & coquendi & perficiendi conſpirant.

Quidam hîc forſan non leve movebunt dubium, dicentes: Iſtæ ſcoriæ melancholicæ, ſi manerẽt in ſanguine, quas turbas ad cordis regiam cerebrique capitolium translatæ eſſent daturæ? Seu ſi ſcoriæ iſtæ melancholicæ ad cor primò ferantur, antequam Lienem ingrediantur, quantas illi moleſtias agerent: cùm ſucci ſint naturæ pernitioſi; quid agerent in ſpirituum officina? Illos certè maximè inquinarent, & lipothymias & ſyncopes producerent, aliaque cordi gravisſima concitarent mala. Hoc lubenter & æquo animo largiri poſſumus, ſi ſcoriæ iſtæ melancholicæ ſint ſinceræ, & à ſanguine ſeparatæ fuiſſent; & ob hanc rationem procul dubio, qui com-

ſti-

stitutionis sunt melancholicæ, & quibus multũ humoris isti° separati à sanguine, & congregati à Liene, in sanguinis massa accumulatur, dum cordis ventriculos per transeat, palpitatione cordis maximè infestantur. Novit quendam Melancholicum Cl. *Highmorus Disquisit. Anat. l. 1. part. 3. c. 3.* sæpius in die eâ graviter vexari, cum pulsu sæpius intermittente, qui evacuato isto humore, liberabatur. Verùm inanis est iste metus: Excrementa naturalia sanguini bono adhuc mixta justâ proportione sunt mitia: propriè q; loquendo nondum sunt excrementa, nec ullam ostendunt malitiam, sed sunt in fieri, quæ demùm in locis convenientibus secreta sordium induunt naturam.

Quod si verò istæ partes excrementitiæ p. n. in sanguine cumulentur, proportioneque sanguinem bonum exsuperent, vel vitio ipsius Lienis non ritè munere suo fungentis, scoriasque coctione debiliori, non ita tinctura suâ, ut in locis convenientibus sequestrari queant

ant, disponentis; vel vitio aliarum par
tium, quarum actio & usus est, separa
tionem instituere, tùm certè innumera
calamitates exinde in totum corpus re
dundant. Ipse Lien obstructiones, vic
tumores patitur. Cæteræ partes à san
guine recrementis Lienaribus p. n. re
ferto malè nutriuntur. In coctionibu
suis indies magis ac magis debilitantur
& exinde decolor facies, affectus hypo
chondriacus, melancholia hypochon
driaca aliaque symptomata, de quibu
affatim in *præfat. hujus libri* diximus, co
riuntur. Quòd si istæ scoriæ diutius in
massa sanguinea remaneant, ac dege
nerare incipiant, lividas corporis ma
culas, gingivas cruentas, capitis dolo
rem, hæmorrhagias narium, oris gravec
olentiam, tibiarum ulcera, adeoque i
psum scorbutum & ossa cariosa pari
unt, & inde novas novorum sympto
matum dant turbas, Lernamque mor
borum in microcosmo excludunt.

Lienis coctio læsa sanè in causa est
quòd tartareæ salinæque scoriæ in rem
bu

bus simul cum urina separari nequeant; quare etiam multorum hypochondriacorum & scorbuticorum urinæ sæpius observantur planè pallidæ & aquosæ. Excell. *Mœbius Med Physiolog. c.* 61. Nobilem Saxonem novit, qui per multos annos laboraverat scorbuto, arthritide vagâ, cordis palpitatione, melancholiâ, appetitu prostrato, Lienis dolore gravativo, aliisque quam plurimis symptomatibus, in quo urinæ semper fuerunt aquosæ & pallidæ. Curatione autem ritè pro Liene reserando ejusque temperie reducenda institutâ, quamprimùm urinæ è tartaro & salibus admixtis flavescentes iterum apparuerint, symptomata pedetentim cessarunt. *Tulpius l.* 2. *observ.* 19. similem memorat historiam, ubi quidam cordis palpitatione à duro Liene laborans, eam semper triduò ante ex urinis crudis tenuibus præsagiebat. Imò & hoc consideratione dignum, quod Lienosi diureticis adhibitis multum juventur, ut *Sect.* 4. sumus dicturi; & Lienis tumores (quod *Hippocrates* 2. *Epid.* exemplo *Bionis*

comprobat) interdum urinæ profluvio ſanentur. Tartarus nimirum && & ſalia volatilia acida, quorum in omnibus corporibus proventus ſat largus exiſtit, videntur præter cordis actionem, peculiarem etiam in Liene deſiderare, quâ denegatâ, remanent in ſanguine confuſa, nec commodè in renibus ſecerni poſſunt. Lienoſi, ut hypochondriaci, ſcorbutici, plerumque ſunt vel ſalivatores, vel ſudoribus nocturnis diffluentes, vel utroque modo ſimul laborantes. Iſtud autem certè non fieret, niſi & Lien peculiari modo mediante ſcilicet tinctura ſuâ, ſero coquendo, ut in locis convenientibus commodius ſecerni poſſet, deſtinatus eſſet. Et ita non temerè dixit *Ariſtoteles:* animalia quæ bibunt, habent Lienem, renes & veſicam Quare bibentes veſicâ & renibus opus habeant, ſatis eſt manifeſtum; ſed quid Liene ad iſtud negotiũ opus erat? Extra omne dubium Liẽ non ſolum ſalia volatila & tartarum ſed & ſerum ſanguine adhuc mixto itt tinctură & coctione ſua diſponit, ut de

inde promptius obediant & secerni queant. Rectè ergò *Hyppocrates l. d. nat. hom. t.* 5. Lienem ὕδωρ & fontem appellavit, per motus à symptomatibus serosis, quæ à Liene malè affecto provenire solent.

Nostra ergò in dubitata sententia erit, Lienem partes sanguinis terrestriores, tartaro & salibus sylvestribus imbutas, sed sero copiosiore mixtas naturali instinctu accipere, singulari modo coquere, alterare, ac mediante suâ tinctura ita disponere, ut postea in locis convenientibus, si non unâ vice, crebriore tamen transitu beneficio circulationis separari queant.

Si igitur Lien istum humorẽ melancholicũ, tartareum, salinum, sero copiosiore dilutũ, & sanguine adhuc mistum coquere debet, utique etiam opus esset, ut tota massa sanguinea (cùm tota ejusmodi scoriis sit referta) per Lienis parenchyma transiret, ut omnes dictæ scoriæ coqui & ad separationem in aliis partibus disponi possent. Ex autopsia autem a-

na-

natomica percipimus, quòd minima fe-
roſi ſanguinis pars per arteriæ magnæ
ramum ad Lienem deferatur; & itaq;
quamvis iſta pars coqueretur, maxima
tamen pars ſemper in corpore remane-
ret cruda, nec poſſet ſegregari in ſuis lo-
cis, cùm coctionem genuinam in Liene
non fuiſſet experta. Verum enim verò
nobis veriſimile videtur, non totam ſo-
lùm maſſam ſanguineam crebriore cir-
culatione à natura inſtitutâ tandem
Lienem tranſire, ſed partem etiam quam-
dam ſanguinis in Liene ritè coctam, &
fermento iſto ſpecifico ſeu tincturâ il-
ſtâ imbutam in regreſſu ad cor, juvare
totius maſſæ ſanguineæ fermentationem
ut recrementoſæ partes ad ſeparatio-
nem diſponi queant. Et quicquid alii
de uſu Lienis dixerunt, quòd ſanguini-
nem à corde transmiſſum immutet &
aptum faciat, ut deinde fermenti inſtar
Chyli in ſanguinem mutationem pro-
movere queat, iſtud potius de eo affir-
mamus, quòd nimirùm ſanguis in Liene
peculiari modo coquatur, fermentetur

deinde tota massa sanguinea eâ tinturâ imbuta conceptum fermentum ntinuet, quo recrementa ita disponi ssint, ut in locis convenientibus segari queant. Mutuas, uti supra dimus, omnes partes tradunt in microsmo operas; & læsâ unâ, facilè alte- læditur, & in consensum duci- r. Cùm ergò Lien vel leviter læs gravissima in sanguificatione & nutitione symptomata, & plerumque mencholiam excitare soleat; quis ulteus dubitabit, eum singularem in hoc nguificationis opere & imprimis in ccis melancholicis, tartareis, salinis ro mistis à sanguine separandis, eumue sanguinem hâc ratione purificando æstare operam.

CAPUT. VI.

Universæ Lienis Compagis auxilium, quod hisce actionibus defert, memorat.

Lienis usum & actionem esse non sanguificare tantùm, sed tincturam iam nobilem aliquam in se generare, jus beneficio variæ operationes in œ-

conomia corporis humani perficiantur nec non sanguinem à succis crassis, tar tareis & salinis liberare, eumque hâ ratione purificare, hactenus diximus.

Nunc videamus, quàm benè omni ad actiones has egregias conspirent. Si tum habet Lien in infimo ventre, ut i eodem cum cæteris nutritioni dicat partibus jaceret. In hypochondrio s nistro, ut majorem calorem è sin stro cordis ventriculo hauriret, ac cu arteria magna, à qua non exiguum a teriarum numerum suscipit, majus ip esset commercium. In nonnullis alti ri, in aliis humiliori sede gaudet. P rumque depressior est hepate; quo non gratiâ humoris naturâ loca dec ora affectantis, quem *Galenus l. 2. de lem. c. 4.* gravissimum, crassum, & m veri contumacem vocitat, ob quæ κατάρροπος Lien sit, & curatione per inferiora sollicitet, accidit, veru ut fonti suo, arteriæ nimirum splen propior esset, tùm ventriculi etiam fu do veluti carbo igneus esset vicini

vec

Lienis quippe vicinitas maximè confert ventriculo; carbonum nimirum ignitorum ollæ circumpositorum instar χύλωσιν adjuvat. Nec deest omento, intestinis, renibus, pancreati, ut scilicet foveat hæc, & per eadem se expurget. Id quod factâ manu complet. Cùm abest Lien, bipartitum esse hepar, & lobum ejus sinistrum extendi cum *Bauhino Hoffmannus* statuit. Sub costis nothis reconditus est, ut tutum haberet ab externis injuriis locum.

Connectitur diversis partibus, ut ubique substernaculum habeat. Superius diaphragmati, ne decidat: inferius reni, ne corruat: posterius dorso, ne pronus: anterius ventriculo, ne supinus fiat.

Substantia est παρέγχυμα, quia viscus est. Viscera autem omnia sunt parenchymata, quoniam omnium usus communis est, non vasorum solùm necessariam ad coctiones congeriem fulcire & fovere, sed singulares etiam coctiones ac alterationes in se ipsis instituere. Ac im-

primis Lien actionum hujusmodi nobi
lium Autor princeps est, & huic maxi
mè coctio debetur.

Membranâ etiam tegitur Lien, ut cæ
tera viscera. Protegmine enim opu
fuit, quò illæsa tùm parenchyma, tùm ee
jus vasa serventur. Cùm autem id dem
sum requireretur & leve, non melius ee
rat quàm membrana, quôd plures contri
neat arterias, quæ adeò protegmine fir
miore indigent, tùm quia laxior quoqu
ipsa est substantia.

Vasa obtinuit plura quàm cætera vi
scera, ut arterias, venas, vasa lactea, lym
phatica & nervos. Arteriæ numer
suo coctionis negotium facilitant. Di
solvuntur enim & miscentur inibi c
mnia exactissimè; utile postmodum
mandant ad hepar & cor, inutile, ad
missoria relegant. Copiosæ sunt artc
riæ, scribit *Galenus. l. 4. de usu part. c.* 1
(1.) Crassum sanguinem ut subtilier
(2.) fuligines expellant. (3.) spirituu
vitalium copiam suppeditent. Ver
ab arteriis præstolantur utrumque, qq

Hh

bus etiam aliquando munus excipiendi ex mente *Nic. Tulpii* & expellendi inutilia committitur. Venæ Lacteæ chylo aquosiori & tenuiori vehendo, ut in eo in sanguinem laudabilem coquatur, inserviunt. Lymphatica verò vasa coctioni ac seperationi meliori conferunt. Nervi spiritus animales in magna copia non pro sensu ac motu solùm, sed pro tincturâ etiam ista nobili, cujus usus maximè ad nutritionem hominis ejusq; conservationem requiritur, in Liene præparanda ac elaboranda adportant; alimento deferundo cæterùm impares. Anastomoses circulum constituunt Fibræ quæ occurrunt, cùm tincturæ præparandæ ac elaborandæ inserviunt, tùm stabiliunt unà & firmant parenchyma, suspendendoque poros & cavitates efformant. Humiditatem ê nervis eos ad se allicere, ac ita officium vasorum lymphaticorum ac glandularum subire, uti *Glissonius* & cum eo plures opinati sunt, veritati haud consentaneum videtur.

Quantitas ea, quæ coctioni ac defecationi respondet. Modò major, modò minor. *Adrian. Spigelius Fabric. corp. hum. l. 8. c. 14.* magnitudinem Lienis homini maximâ proportione sui corporis esse, ut defecari sanguis felicius queat à crassis humoribus; cùm homo animal sit sapientiæ studio addictum. Et sanguis, quò tenuior sit, & purior, eò sapientiores reddat secundum *Aristot. l. 2. de part. animal. c. 2.*

Qualitas secundum temperiem considerata βοηθεῖν auxiliari videtur, quatenus calida est propter substantiam & propter calorem à corde copiosiorem, ob quem θερμὴν φύσιν Lien est sortitus. Hînc crassa concoquit felicius, ac tinctura suâ singulari ita disponit, ut inutilia per singula corporis emunctoria eò felicius expelli queant.

Color de efficiendis testatur humoribus, nimirum rubris & laudabilibus, vel etiam terrestrioribus, feculentis, atris, &

lividis, prout magis vel minus sunt tales.

Figura actioni & loco convenientissima est, quo minus vicinis partibus officiat; in quem finem cava anterius & versus ventriculum commodior facta est, quem (1.) ideò non lædit. (2.) ut vasa in Lienem probè derivarentur, iterumque dimanarent. Posterius verò gibba reddita est, quò à compressione costarum tutior sit. Inæqualitas superficiei exasperata connexioni favet, & à vicinia dependet. Sinum secundum posteriorem sedem conditum habet, ne mole jecur aut caudex cavæ ingrediens septi transversi motum afficeret.

CAPUT VII.

Tincturæ illius nobilis ac singularis in Liene producti nobilitatem ac præstantiam in appetitûs corroboratione chylificatione, sanguificatione, spirituum generatione, nutritione, seminis elaboratione & excrementorum sequestratione pertractat.

TAnta est hujus tincturæ in & à Liene producti nobilitas & præstantia, ut Medicorum ac Anatomicorum nemo ejus usum egregium satis describere queat.

Tincturam hanc (quam etiam succum acidum fermentativum dicimus) non ineptè lapidi illi Philosophorum universali, qui ex ipsius auri essentia factus esse comparamus. Quemadmodum enim ille lapis universaliter tingit, cuncta metalla in aurum commutat, ac planè infinita alia efficere potest. Ita quoq; hæc tinctura in corpore humano sanguinem

eo imbuit colore, quo illud ipsum fove-
tur ac integrum conservatur. Cujus
præsentiâ omnia in corpore vegetiora
fiunt, spirituque copiosiore perfundun-
tur; & cujus absentiâ flaccescunt omnia,
& tandem torpent atque concidunt. Hu-
us ergò tinctura ope ac beneficio appe-
itus in ventriculo excitatur atque cor-
oboratur, cibus in chylum coquitur,
anguificationis opus perficitur, spirit?
àm vitales quàm animales generantur,
nutritio instituitur, semen in testibus
ic aliis spermaticis vasis præparatur ac
elaboratur, atque demùm partes sangui-
nis feculentiores, tartaro & salibus syl-
estribus imbutæ, sed sero copiosiore
mixtæ singulari modo coquuntur, alte-
antur & ita disponuntur, ut postea in
ocis convenientibus, si non unâ vice,
rebriore tamen transitu, beneficio cir-
ulationis, separari queant.

Appetitum ergò primùm excitat hæc
inctura in ventriculo; naturâ enim suâ
cido-salinâ ipsum incidendo in partem
entriculi summè sensibilem, pungen-

do, mordendo & vellicando eam, fiere motum excitando, procurat. Hinc falso sitim induci *Helmontius tract. pylor rector.* §. 26. explicat. Et hæc sanguini ita admista, ac postea per arterias una cum sanguine nutritio ad ventriculum delata à ventriculo per poros facilè recipitur, ut fermentum suum acuat & augeat. Quò etiam porrò *Iohan. Baptista von Helmont in tract. de Pylor. rector.* §. 22 inclinare videtur, quando ait *Non mo verunt scholæ, famem à splene in stomachum inspirari: splenem nempe novisse rerum agendarum scopum, viscus regendis decoctionibus prin ceps: ideoque appetitibus præfectu effectivè, cui tamen pylorus assistit rec tor & exequutor. Pylorus nempe ac huc placidum habet Blas liberum ape riendi se, vel claudendi. Quod sin sanitate movetur, ob cognitionem ni zium cognitorum stomacho, propte quos coctio & appetitus creatur à spi*

e, tanquam pylorus conscius sit secre-
orum finium splenis. Et Cl. *Franci-*
us Osvvaldus Grembsius Arbor.
ntegr. & ruinos. l. 1. c. 8. de usu part.
6. usum Lienis esse dicit, ut vitale fer-
entum fabricet ex ii sito spiritu salino
alsamico, hoc si in debita dosi in sto-
achum inspiratur, fiunt appetentiæ, si
erò exorbitat, tunc morbi.

Coctioni ciborum, quæ aliàs chyli-
catio dicitur, strenuè inservit etiam
æc tinctura seu succus acidus fermen-
tivus. Postquam enim concoctionis
uneri ritè se accinxerit ventriculus, ci-
us mox emolliri ac dilui incipit, & par-
m potûs, partim acidi hujus succi (in
entriculo reperti) beneficio, perma-
escere. Quinam liquor acidus, ratio-
e incisivæ penetrantisque, quâ prædi-
s est, facultatis, crassiores solidioresq;
bos in minima frustilla incidit, disseer-
it quasi, atque dissolvit; simul atque
uicquid in eis est succi alimentaris, ad
odam tincturæ, elicit & imbibit. A-

cidus autem hic humor ex Liene in ve
triculum venit, quòd non alia pars ac
in corpore noſtro ſentiatur: quod
glutito cocto Liene & præſertim ſuill
gravitas quoque ventriculi à copia
craſſitiecibi emendetur: quod aſſum
acida quævis, ut acetum eoque macer
cibi, ſuccus citri, ſpiritus ſulphuris,
trioli ſalis, cremor tartari & ſimilia ve
triculi imbecillitatem ſublevent &
mendent: quodque extra corpus acetu
fermentet terram & lac; quemadm
dum atra bilis, chalcitidis acor Ther
cam, fermentum acidum panes; & ita
bus liquori per minima commixtus tr
&u temporis conſiſtentiam tenuio
cremoris hordei coctione adipiſcitu
quam ubi accepit, tùm demùm cibus
inteſtina protruditur.

Succus autem hic fermentalis n
per venas, ſed per arterias cœliacas
ventriculum tranſudat. Quod nob
cum egregiè teſtatur *Cornelius ab Ho*
lande in Hiſt. Oecon. animal. ita ſcribe
Oeconomiam animalis inſpicienti, pra
cibu

bum alterandum, & potum tum di-
to cibo diluendo inservientem; tùm
bi vicem supplentem, occurrit liquor
uidam subtilis, & attenuans saliva
ictus, ex arteriis per palatum disper-
s prodiens: cui cibo masticato, & de-
lutito accedit in stomacho ex arteriis
jusdem liquor alius priori non admo-
um dissimilis, præterquam quòd ma-
ifestè acrior cibo in ejusdem facilio-
em concoctionem & alterationem di-
erendo, fermentando, & quantum
atis, solvendo, ejusdemque essentiæ
parti nempe puriori & magis oleosæ,
ùm in corporis nutritionem, tùm in
pirituum generationem abituræ) ex-
rahendæ instar menstrui, ut Chymici
miles liquores vocare solent, ex aqua
rtis & spiritu vini compositi, magis
ppropriatus. In notis annexis probat
ertũ ex eo, quòd (1.) ficciſſimus cibus
ex gr. panis biscoctus, & similia, nullo

ad-

adhibito potu, & digerantur, & conc
quantur. (2.) Quòd alii liquores,
gr. in vomitu liquor nonnunquam ac
dus, plerumque verò tenax & viscosu
& (3.) impedito menstruo fluxu, mu
ses per stomachum & os rejiciantur. (4
Quòd appetitus videatur ab acrimon
similis humoris vellicando ventriculu
fieri. (5.) Quòd oculi cancri, cortic
ovorum & similia ingesta sine fruc
assumerentur, nisi tali menstruo rel
verentur. (6.) Quòd volatilia, imprim
gallinæ, tàm nostrates, quàm calicu
in stomachis suis silices, vitrum ipsu
que aurum (ut partim ex fide dignis a
divit, partim propriâ experientiâ co
pertus est) solvant & consumant. Un
randem concludit, bonam vel mala
cibi in stomacho digestionem, ferme
tationem vel concoctionem, magis h
jus liquoris acrimoniæ, vel aciditati, a
subtilitati, sive cruditati, aut viscositat
quàm ipsi stomacho deberi.

Alb. Kyperus Anthropolog. pag. 34
sandem quæstionem tractat, an scilic

aliquid ex arteriis, quasi fermentum excidat in ventriculum ? *Non nego*, respondet, *spiritum vitalem excidere, an aliud quid nescio, saltem nullum evidenter ostendi potest, nec ratio cogens afferri. Nam si spiritui illi vim inesse attenuandi, incidendi, rarefaciendi, calefaciendique statuamus, ab ipso fermentatio omninò fieri potest. Quando autem ista sic pono, loquor de statu naturali : nam praternaturaliter quin aliquid ventriculo communicari queat, nullatenus dubito.*

Interea succum hunc acidum ventriculo adeò necessarium esse, ut absque ejus auxilio, suum chylificationis munus, ut par est, præstare nequeat, minimè dubitandum est. Quoniam certissimum est, homines istos, quibus defecerit iste succus acidus, de infausta admodum infelicique ciborum concoctione semper conqueri; nec infrequens est, talibus semicrudos atque integros assumptorum mor-

morsulos per inferiora excerni. Quod haud obscurè significâsse videtur perpetuus noster Dictator, *Hippocrates*, ubi inquit, (*sect.3 aph.1.*) *in longis intestinorum levitatibus, si ructus acidus* (scilicet ex consimili humore ortus) *fiat, qui prius non erat, signum bonum est.* Nec minus certum est, isthuc acidum, ut nonnisi à calore moderato excitari foverique, ita discuti atque penitus extingui ab immoderato. Atque hinc est, cur tùm in leucophlegmaticis frigidâque ventriculi intemperie laborantibus, languet adeò ac dejicitur appetitus: tùm in febribus aliisque calidioribus morbis, in totum destruitur; haud absimili prorsus ratione, ac massa farinaria in frigido loco difficulter fermentatur, in calido verò nequaquam.

In sanguificatione etiam hujus tincturæ usus sanè laudabilis est. Ad perfectam namque sanguinis elaborationem plurimùm confertur à Liene & ejus tinctura; Vereque hujus demùm beneficio & ope aptus redditur sanguis, è quo vita-

vitales ſpiritus generentur, & in actum ſuſcitentur: dum nempe beneficio Lienis fermentatur ſanguis, qui per arterias cœliacas ad ipſum affluit, ac per venoſum ramum ſplenicum ad ipſum hepar remeat: quâ ratione item hepati continuè fermenti quædam portio communicatur, ipſique ſanguini permixta remanet. Nihil novi ergô eſt, quando ſanguis in Liene fermenti cujusdam ſanguinei naturam induit, cujus interventu facilius & celerius in ſanguinem abeat chylus, ſeu potius ipſum rudimentum ſanguineum in hepate confectum, vel chylus utcunque in hepate elaboratus ac ſanguini perfectiori ibidem permixtus, hoc eſt, ſanguis chyloſus ac crudior etiamnum, cui itidem id chyli, quod per ductum thoracicum ſubit, in cordis auricula dextra permiſcetur. Quare etiam *Iacob. de Back Diſſertat. de Cord. ſ.2.c.6.* non in alium finem per ſpongioſum parenchyma filtratum, ab arteriis acceptum ſanguinem tâm liberaliter largitari opinatur, quàm diluendo chylo, ut

à pan-

à pancreate & meſenterii glandibus co
taminatum, rubroq; colore tinctum,
ſplenicos & meſentericos ramos effl
ſum probè diluat, & ſalutarem hepa
advehat.

Quando igitur hæc tinctura hepatti
Liene communicatur, ſanguis in ejus pp
renchyma jam influxurus, reviviſcere
fermentari ſtatim incipit. Et pulſatil
portæ intra hepatis confinia motus, ter
Gualt. Charletone de Oeconom. anim
Exerc. Phyſico-Anat. 7. artic. 25. in cau
eſt, ut ſanguis (præ itineris uſque à ce
de huc emenſi longitudine jam pro
langueſcens, deque calore ſuo hau
parum remittens) & fermentatione
ad ipſius perfectionem adeò neceſſ
riam, & micationem, quam in venul
rum anguſtiis planè amiſerat, hîc rec
peret; utque eo pacto ad quendam vit
litatis gradum, talem nempe, cujus r
ſpectu parenchymati hepatis vivifican
ſufficiat, reſtituatur.

Maximè ergo fermentum aliquod
ſanguificationem requiritur; quod, cùm

à natura deficiat, bono cum successu artis operâ suppletur, etenim sales fixi, alcalia, extracta, digestiva, deoppilantia & imprimis remedia chalybeata tantùm sub hac ratione juvant, quòd velut fermento quodam sanguinis ebullitionem aut imbecillem aut ferè extinctam de novo restaurant.

Ista proinde fermentatio sanguini accidit vel ab interno suo principio, vel à tinctura sibi à Liene communicata. Ab interno principio, uti scribit *Gualt. Charleton de Oeconom. Animal. Exercit. Physico-Anat. 5. artic. 16.* singulis momentis recens emicat calor nativus, accensis perpetuò constans spiritibus; idque motûs cujusdam intestini ratione, quò subtiliores, æthereæ magisque agiles sanguinis particulæ sese extricare, expandere, limitesque suos ampliare gestiunt; dum elementa ejusdem crassiora eorum motui reluctantur. Unde lucta quædam, sive antipraxis, inter particulas sanguinis heterogeneas, diversis motibus, horsum, versum, sursum, deorsumq;

sumq; alternatim agitatas, exoritur, qu
fermentationis speciem exactè referen
fermentatio vitalis haud immeritò nun
cupetur: essentiam quippe caloris gen
ralem ἀκριβῶς exhibet; eâque cessan
te, sanguis veluti emortuus, genioqu
suo privatus, illicò putrescit. Quib
subnectatur & hoc unicum: fervem
hâc luctâ, nimirum, spiritus nunc cæte
præpollentes, totam sanguinis massa
attollere & tumefacere: nunc verò el
menta crassiora (auxiliante simul cord
& arteriarum systole) victoriam vic
sim obtinentia, motum illum retund
re; indeque fieri in ipso sanguine und
lationem, sive palpitationem illam
quam sanguinis micationem dignè no
minârunt *Harvæi* sectatores.

Deinde tincturæ nobilis in Liene g
nerati virtute sanguificatio perficitu
Quare *Cornel. ab Hogelande* Histo
Oecon. animal. peculiarem sanguin
nimis subtilis deorsum à corde missi fe
mentationem in Liene, ubi tinctura ha
generatur, & vires suas egregiè & mir

liter exerit, collocat, quod pluribus gumentis probat, & tandem conclu- t: ipsum Lienem sive ejusdem sub- antiam purum ac perfectum esse rmentum, cujus actione & fun- ione sanguis in salutarem corpo- s nutritionem, spirituumque gene- tionem fermentetur ac præparetur. Quod quidem primâ fronte planè tem- endum videtur. Sed siqui considera- erimus, ventriculos vitulorum per ali- uot dies aquâ salsâ maceratos, & dein- ab omni humore tunicis in hærente, atus extraque repurgatos, ex siccatos, in aqua simplici coctos vim adhuc abere lac coagulandi, quod muliercu- s rusticis pro caseis conficiendis in usu uotidiano est; vix temerè ridebimus, Lieni & cæteris viscerum substantiis tiam fermenti vis attribuatur. Verisi- ile ergò nobis videtur, non totam so- m massam sanguineam, crebriore cir- ulatione à natura institutâ, tandem ienem transire, sed partem etiam uandam sanguinis in Liene ritè co-

ctam, & fermento isto specifico imm
tam in regressu ad cor, juvare tco
massæ sanguineæ fermentationem
recrementosæ partes ad separation
disponi queant. Et quemadmod
Lien sanguinem à corde transmiss
immutat & aptum facit, ut deinde
menti instar chyli in sanguinem mu
tionem promovere queat: ita etti
sanguis in Liene peculiari modo coc
tur, fermentatur, & deinde tota ma
sanguinea eo fermento infecta com
ptum fermentum continuat, quò exc
menta ita disponi queant, ut in lo
convenientibus segregari possint. C
ditus ergô à Divino rerum universita
Architecto Lien est, ut *invectum*
pœnitiores sui parenchymatis recep
sanguinem in summè activi ferme
naturam exaltet, & promoveat,
lemque refundat in venas.

Hunc usum Lienis nobilissimum
præstantissimum adhuc in dubium v
cant *Marcell. Malpighius* & *Guat*

Cha

arleton. Marcell. *Marpighius de vi-*
r. Structur. Exerc. Anat. de Lien. c. 6.
g. 127. *&* 128. ita disserit: *Apud ple-*
sque probabilissimum adhuc cense-
r, in Liene crassiorem sanguinem â
opria arteria transductum dissolvi
attenuari, ut perfectior ei sangui-
s natura communicetur, ne residu-
n sanguinis ab hoc inficiatur. Dubi-
nditamen nobis ansam præbet dili-
ns sanguinis consideratio ab arteria
lenica excreti, qui non majorem
am reliquus crassitiem possidet.
em Pag. 138. *Quid sit illud, quod*
Liene sanguini affunditur aliisque
mmunicatur, adhuc est obscurissi-
um, multâque eget indagine; ete-
m separatus à glandulis succus sejun-
im recolligi, & ad sensuum truti-
m revocari nequit, unde sicut in
teris fermentantibus visceribus, ut
ssim de ventriculo experimur, com-

ple-

plexus ille humorum, scilicet glan
larum, & Lienis cellularum exp
dendus est. Hic igitur mediâ de
latione, liquorem exhibet empyr
maspirantem, quod plurima de
ta etiam ex carnibus, rebusque sulp
reis concomitatur. Sanguini rec
cer ab animali extracto, & concr
destillatum miscui humorem, ut
aliqua mihi affulgeret, & illicò e
tatâ quâdam bullâ, nigrefactus
sanguis, quod tamen cæteris destill
aquis, oleo sulphuris & salis spir
familiare postremò deprehendi,
nus cent. 2. observ. Chir. 44. Cùm Nepos
Georgii Illustrissimi Hassiæ Principis hy-
rope 21. Junii 1655. vix annum natus
ecederet, Cl. *Horstius* in examine ejus
iscerum notavit, quòd in hepate & Li-
ne foveæ aquâ plenæ apparerent, sicut
d *Thom. Bartholinum* amica manu per-
cripsit *cent. 3. observ. Anat. 81.* Et *cent.*
. *Histor. Anat. 25.* in nobilissima qua-
am matrona hydropica Lienem aposte-
ate infectum, pressumq; puris copiam
ffudisse observavit Cl. *Paul. Mothius.*
n *Martino* den *Sclaper*, typographo,
ui, quòd febriculâ tentatus carnificis
inisterium occuparet, hoc est, ipsum se
clavo fenestræ suspenderet", cessit in
rædam novaculis publicis, & quem se-
uit Dominus *von Horn*, solus Lien pec-
âsse visus est; ablatâ enim quâ tectus est
embranâ, totum Lienis parenchyma
star crassæ & nigræ amurcæ diffluxit,
hil in eo solidum, ut non creditum sit
issimile vero, ex corruptione melan-
olici visceris miserum in deliria actum

jus vitæ fuæ laqueo dixisse. *Olaus T*
rich. apud *Thom. Bartholin. cent.* 3. E
Med. 97. pariter in cive Patavino, it
Vesalio l. c. annis tribus carcere deten
& tandem arquato nigro defuncto,
blicæ dissectioni adhibito, minus co
sus extitit Lien, sed exiguus, gibbæ
parti adnatus adeps, lapidis instar ca
dissimi concretus. Vesicam aquâ
nam duorum pugnorum magnitud
sub Liene invenit *Coiter*, uti refert *in*
serv. suis Anat. & Chirurgic. Vesic
quoque Lieni adnatas vidit *Platerus*
militer & noseas deprehendimus in
ne ovis, conformes iis, quæ hepati in
dum adnascuntur. Lapides in Liene
pertos fuisse, referunt *Hollerius, Vesa*
& alii. Calculos è Liene ad vas bre
& exinde in ventriculum fuisse reje
affirmat *Riverius in observ. communi*
Et tandem D. *Luques* apud *Petr. Bo*
lum cent. 1. *observ. & histor. rar.* 4. in Il
ne hominis os cruciforme invenit, q
tamen fuisse existimavit vasorum orif
durefacta, quæ obcalluerant, ut in co
ba

oum & equorum sæpè accidit, taleque
st os de corde cervi dictum, quo in me-
icina adversus venena utimur. Rotun-
lum quendam tumorem instar stema-
is, undiquaque liberum Lieni à parte
nferiore per connexionem membranæ
dhærentem, juglandem magnitudine,
psum verò Lienem colore & substantiâ
equantem in anatome cujusdã corporis
humani vidit Cl. *Hen. à Moinichen* apud
Th. Bartholinum cent. 2. Ep. Med. 56. Ab
nflatione simili modo Lien in tumorem
effertur. Et tum tumor & distentio cum
liquo dolore, sed sine sensu gravitatis &
ponderis adest. Murmur & sonus edi-
tur. Compressus Lien cedit. Inflatio-
nem hanc excitant aquæ frigidæ largior
haustus; vel cibi flatu lenti, ut pisa, ca-
staneæ, fabæ &c. vel humores crassi &
viscidi, qui à calore imbecilli vinci non
possunt, & in vapores resolvuntur, qui
Lienem, quia spongiosus est, facilè
inflant.

CAPUT IV.

De Lienis affectibus p.n. in unitate luta, & quidem primò de ejus u ceribus agit.

MOrbis solutæ unitatis porrò af tur Lien. Ulcera interdum in suboriuntur ex suppurato tumore, post inflammationem, vel etiam à vu ribus malè curatis. Inflammatus L rarò quidem in abscessum abit & supp ratur. Semel tamen hoc *Petr. Fore l.20. observ.6. in schol.* in Moniali Alcm riana vidit. Recentia ulcera interd curationem admittunt. Ita *Forestus* fert, se inflammatum Lienem in absc sum & suppurationem abire vidisse Moniali Alcmariana (cujus paulò an mentio facta) quæ purè per urinam missо perfectè curata fuerit. Antiq autem ulcera sunt incurabilia, ægrotu lentâ tabe ad mortem deducentia. *Fra ciſc. Rousſetus lib de part. Cæſar ſ.4.c.5.* fert, in quibusdam Lienis parenchy ad

deò absumptum repertum fuisse, ut sola membrana remanserit, quod sæpè in reliis etiam acciderit. Ita etiam Lienis sanguinem putrefactum æmulantis *Schenckius*, & corrupti similisque pici quatæ *Riverius* mentionem faciunt.

CAPUT. V.

Lienis vulnera examinat.

NOn desunt, qui splenis vulnera parvi admodum æstimant, nec ea mortem inferre posse dicunt. Verùm distinguendum est inter vulnera Lienis superficiaria & profunda. Illa, quæ ipsam substantiam non intrant, curari posse. Me illi corum nullus ibit inficias; & exempli stud satis testantur. Hæc verò pro simpliciter & absolutè lethalibus sunt habenda, ob magnã arteriarum per viscus hoc dissem inatarum copiam. Id ipsum exempla varia proh dolor monstrant, & præstantissimi quoque Medici confirmant. Sic teste Cl. *Matth. Glandorpio*

in Spec. Chirurg. observ. 35. quida
splene læsus octva die cum maximis
ciatibus urinam purulentam emitte
ex hac vita emigravit. *Fabric.* *Ha*
pendens l. operat. Chirurgic. c. 52. inte
tera refert historiam de Empirico q
dam percutiente malleo suo tàm v
menter indurati Lienis scirrhum, ut
rimas, & æger vapulans animam ag
Et *Tulpius l.* 2. *observ. c.* 29. exemp
majori admiratione dignum propo
Inter ludicra puerilia, ait, *ictus fuit*
pione in regione Lienis, *juvenis*
annorum, *cum insigni dolore*, *ac t*
frequenti animi deliquio, *ut posti*
ejus diei vitam cum morte commu
ret. Licèt foris nullum conspiceret
vulnus, *quo etiam caruit textor u*
quem à simili ictu inopinatò vidit co
cisum Oudekerka, *pagus millepassu*
ab Amstelodamo distans; *vidimus t*
men in utroque cadavere, *Lienem*
mollem, *sic in gibba parte*, *in qua tam*
ictu

ctum exceperat, illæsum, ut in cava ontrà evidenter fissum, vel potius mplârimâ tantùm dilaceratum, ut in lla facilè duos occultasses digitos. Mirabantur certè quamplurimi, cur rinas egerit, & non potius cesserit ictui nolle ac pendulum hoc viscus.

Cl. *Sennertus l. 5. Med. Pract. part. 2. c. 3.* de Lienis hisce vulneribus sic scribit: *Equidem si parenchyma saltem Lienis, sine vasorum læsione vulneretur, ægri evadere possunt. Si verò vasa Lienis vulnerentur, vulnera talia non solùm periculosa, sed & lethalia sunt. Cùm enim Lien venas & imprimis arterias copiosas habeat, iis vulneratis ob sanguinis effusionem & spirituum dissipationem ægros perire necesse est.* Matth. Glandorpius, Medicus olim & Practicus Bremensis felicissimus, in *Specul. Chirurg. c. 38* ita judicat: *Vulnera Lienis æquè periculosa*

sunt

sunt ac hepatis, tùm. quia Lien quamplurimis abundat arteriis, & ejus actio corpori est necessaria. Si superficialis existat plaga, consolidationem quidem admittit, magnus interim adest dolor, & quidem pungitivus. Quibus egregiè suffragatur Excell. *Gothofred. VVelschius Rational. vulner. lethal. judic. c. 5. pag. 65. & 66.* ita scribens; *Lienis vulnera, si solùm infligantur substantiæ, pro periculosis non sunt habenda, sin verò majores vasorum, arteriarum imprimis, quarum copiâ Lien gaudet, vulnerentur rami, pro simpliciter & absolutè lethalibus pariter habeamus.* Valeant itaque & discant melius, qui Lienis vulnera tàm parvi æstimant, nec ea mortem inferre posse dicunt.

CA-

CAPUT VI.

Veterum Σπληνοτομίαν rejicit.

LIenem fruſtrà conditum eſſe voluiſſe perhibentur varii. *Eraſiſtratus* otioſum viſcus Lienem eſſe, ac tutò eximi poſſe putavit. Et fruſtra Lienem conditum eſſe *Democritus* quoque affirmavit. *Ruffus Epheſius* membrum vocat otioſum & nullius uſûs. Fuére, qui non ſolùm ſplenem nulli uſui eſſe dixerunt animali, ſed etiam incommodo & impedimento: adeoque ſine damno valetudinis exſcindi tabellionibus, quo facto fiant hi ad currendum habiliores. Hînc *Plautus in Mercat. act. 1. ſc. 2. v. 13.*

Genia hunc curſorem deſerunt;
Perii! ſeditionem facit Lien, occupat
præcordia.

Hîc enim quando p.n. intumeſcit, & aliorum viſcerum loca occupat, nonnunquam totum abdomen implet, interdum ita augetur, ut ad cordis regionem accedat. Sic *idem* in *Caſin. act. 2. ſc. 6. v. 62*

pe-

peri! Cor Lienosum, opinor, habeo, jam dia-dum salit. Quod pro morboso comicè & joculariter dici credit *Turnebus l. 7 adv. c. 15.* Et à *Plinio l. 11. c. 37. hist. nat.* quo scriptum legimus: *peculiare cursûs impe-dimentum aliquando in eo, quamobrem in-uritur cursoribus, & per vulnus etiam ex-empto vivere animalia tradunt.* Cujus opinionis etiam fuerunt *Aretæus, Hali Abbas, Rousſetus & Georg. Bertinus Cam-panus l. 18. Med. suæ c. 1.*

Hanc veterum πληνοτομίαν non re-centiorum quidam rejiciunt, & ita Lien exciso, hominem ad cursum magis apt esse dicunt. Nobis & aliis sanioribu res valde periculosa videtur. In canibu autem, quorum Lien exiguus est, nec itt cum aliis visceribus cohæret, ac etiam i aliis brutis, opus benè, ut experientii comprobavit, succesſit.

In Anglia *Scarbourg, Iovilius-Wharr-tonus, Gliſſonius* & alii Medici hujus re benè gnari, in canibus sæpius & felicite experimentum fecerunt. Lienem nem-pe, ut Cl. *Martinus Bogdanus* apu

Thom

Thom. Bartholinum cent. 3. Epist. Med. 77. meminit, cani vel alii animali, facto in sinistro latere vulnere, exemerunt, & ligatis vasis abscinderunt; plagâ inunctâ balsamo sulphuris *Rulandi* sanitati pristinæ restituerunt. Ac imprimis, teste *Olao Borrichio* apud *Eundem Bartholinum cent. 4. Epist. Med. 42.* *Gualt. Charleton* Lienem cani exsecuit tunc temporis adhuc valido & Bathoniæ bellè viventi, nisi quòd ex intervallo in maciem quandam tenuetur, & subitò iterum pinguescat. Et ut scribit Excell. *Thom Bartholinus cent. 3. Epist. Med. 50.* in præsentia Sereniſſimi Regis Daniæ binis canibus, experiundi gratiâ, Lien fuit exsectus optimo successu; uterque enim canis post vulnus curatum convaluit, & benè habuit. Sic etiam *cent. 3. Epist. Med. 64.* quater expeditâ manu, præsente Augustissimo Rege Daniæ aliisque spectantibus, Lienem ex canibus majoribus minoribusque extractum digitis, totum exscidit Regius Chirurgus *Philippus*; viderunt que vivos & superstites, præter unum

sum majorem, sanosque & agiles, nec quicquam inde damni passos, sed ad cursum expeditos. Idem & Leidæ exoptato cum successu in canibus tentatum & peractum esse *Anton. Deusingius lib. de sanguificat.* testatur. *Paul Barbette l. c.* 10. *Prax. Med.* sex canes dissecuit, sed nonnisi primus mortuus est, idque sua imperitiâ; reliqui æquè voraces fuerunt cucurreruntque, ac si Liene non carerent. Excell. *Theod. Kerkringius obser. Anat.* 11, scribit, quòd jam canibus exemere Lienem, eosque sanos dimittere lusus sit; fecerunt multi, & ipse sæpè primùm experientiæ, deinde quasi animi causâ, ut incredulis confirmaret suam de super re sententiam, fecit. Lipsiæ etiam referente Cl. D. *Majore l. c.* à Medicinæ quodam Candidato canis dissectus est, quo operatio optimè peracta fuit, Liene exemptus, & vulnus integrè iterum curatum; quem canem familiari joco & nomine deinde Ohn-Milz vocârunt.

In suibus aliquoties felici cum successu hanc Lienis sectionem Anglicè quoqu

uoque exercuisse Medicos, *Thom. Whartonus Adenograph. c. 4.* refert.

Verum enim verò in his animalculis quilibet non innoxiè sectionem experiri potest; eorum enim de corio quòniam uditur, audacius operi manum admovere potest, nullo habito respectu doloris & symptomatum, sive intensionem sive durationem eorum perpendamus. Quamobrem etiam sectio ista hînc inde vel ab Anglis, vel Gallis, vel Batavis semel aut iterum bono successu tentata, sæpius post instituta est.

In Canibus, felibus cæterisque animalibus abesse quidem posse Lienem concedimus, licèt non sine vitæ noxa; Ipsum enim ad benè esse, non ad esse simpliciter, ad meliorem nutritionem, non ad simplicem comparatum esse diximus. Abesse ergò omninò potest, superstite animali, ut in Spleneticis & hydropicis nonnullis videmus. Hi licèt Lienem habeant, Lienis tamen usu sæpè carent, sicque vitam quasi miseram vivere coguntur. Quomodo enim ex his

his animalibus intelligere possumus, se habeant melius, dum Lien adhuc tra abdomen lateret, an nunc, cum exemptus.

Periculosior est hæc sectio in hom ne, neque sine tyrannide quadam & m gna temeritate à nostris Medicis im tanda, sed Barbaris potius committe da. Et; quàm cautè etiam agat M dicus, susceptam operationem perfi re dum festinat, ipso dum festinat ((hoc enim summa elegantia posita vid tur, inque hoc cardo rei versatur) m ximeque cautus esse studet, eo ipso m nus cautus sæpius aget.

Et quis tàm crudeli animo in propr um genus sævire possit, ut separando p renchyma à vasis majoribus, atroci mis hujusmodi doloribus ac crucia bus hominem conficiat, nisi morti v lentæ jam destinatum.

Quamvis etiam maximè salutifer esset, quod nullatenus concedimus, p namus, ex ter mille tamen homini vix unicum inveniemus, crudeli hoc

pe

perimento qui liberè sese exponat, quive adeò morigerum & facilem se gerat, ut in corpore suo hoc sit admissurus, dubitamus, nisi eò per vim rapiatur, ut fit apud *Turcas*. Sit etiam, quòd feliciter & ex animo totum succedat negotium, infeliciter tamen post felicissimam etiam Lienis exsectionem peractam vivat necesse est. Hinc etiam Celeber. *Conringius, l. de generat. sang. & mot. nat. c. 6.* ut verum, superstite animali, Lienem posse eximi; Ita falsissimum, exempto illo, animal benè posse & sanè vivere, nec hactenus ullo exemplo probatum judicat.

Sunt tamen, qui sectionem hanc in hominibus concedunt, fundamentumque hujus opinionis hoc inferunt, quòd Lien olim è corpore exemptus sit, & adhuc eximi possit, & tamen homo benè valere.

Paracelsus. l. 2. de nat. hum. c. 4. putat Splenem tolli debere; vitamq; sine splene largiorem esse quàm cum splene: & cum necesse sit alia membra in corpore esse, attamen non splenem; nam bene

absque ipso nos vivere posse. Et c. 6. Splene, renibus & felle scribit, hæc nihil aliud utilia esse, nisi ut corrumpan quicquid utilia membra ædificant.

Zacutus Lusitanus l. 2. Histor. Me princip. Dub. 63. Lienem quoque abe se, vel eximi posse admittere videtu *Non hoc mirum*, ait, *videri debe cùm Lien sit per accidens necessariu sicuti retrimenta tùm alvi, tùm vesic unde fit, ut non nullis planè deficiat. autem quidam hominum & quæda brutorum planè sine Liene vivere po sunt, utique sine vitæ jactura exis posse videtur.*

Quasdam Lienis particulas excret se vidisse, fatetur *Aretæus l. 3. de caus. sign. acut. morb. c. 1.* Quod etiam exem plis confirmant *Joh. Nesterus & Martin VVeissius* Medici olim famigeratissim apud *Sennertum Paralipom. 12. ad. lib med. pract. part. 6. s. 1. c. 8.*

Quid plura? Non rarò planè defu Lien, ut supra notatum. Exempl porrò sunt pecudes in Creta, quæ sin

iene vivunt, quòd ſcolopendrio ve-
antur, ut narrat *Vitruvius l.4.c.4. Ar-*
hitect. quod, anſit aſplenium, eruditè
xplicat *Guil.Rovill.l.11.hiſt.plant.c.4.* &
Ex Recentioribus *Theod. Kerkringius*
bſerv. Anat. 11. idem ſtatuere cum vete-
bus videtur, quando ita ſcribit: *Quis*
e hominibus, ſi ſectionis dolores
ſtinere vel velint, vel cogantur, i-
em futurum neget? Hiſtoria certè,
uam Fiorovantius narrat de Græca
uliere, cui Lienem pendentem 32.
bras exemit, & intra viginti qua-
uor dies curavit, ſatis liquidò pro-
at, hoc membro carere poſſe ho-
inem, & vitam ſine incommodo
ranſigere. Analogia etiam omni-
oda, quæ hominibus in rebus natura-
bus intercedit cum beſtiis, ſuadet.

Ita *Franciſc. Rouſſetus l.4. de part. Ca-*
r. c. 5. totum quoque Lienem à Chi-
rgo exemptum fuiſſe refert. Sed
uic non eſt facilè credendum; non e-
nim

nim suâ, se alienâ fide, ut *Conringius ll.* de isto scribit, narrat.

Aliam ferè portentosam sectionem malleo & securi peractam legimus ap... *Hier. Fabric. ac Aquapend. in Chirurg... Operat. c. de ust. Lienis & Ventric.*

Leonhardus Fierovanta, Eques, M... dicus ac Chirurgus Bononiensis, fel... que Empiricus Panormi in Sicilia c... jusdam Lienosæ mulieris ventrem c... secuit, atque Lienem scirrhosum c... *A. Zaccarelli* extraxit pendentem lib... 32. & si ægrotam ab interitu vindica... Totam hujus fœminæ curationem ... lineatam nobis dedit Excell. *Thom.* B... *tholinus cent.* 4, *Histor. Anat.* 51. *Idem* ... ex *Turcarum* Chronicis refert, curr... ribus futuris Lienem eximi modo i... secreto; ibique rarum sectionis hu... exemplum è *Ballonio l.* 2. *Ephemer... pag.* 251. notat. Sed vi eò depellunt... & ita à Barbaris his barbaricè & cru... liter tractantur, quo promptiores ... cursum fiant.

1...

Mira de cursoribus supra fidem penè
elocibus tradunt Historici. *Sim. Ma-*
lus Colloq. 4. ex Solino & *Alex. ab Ale-*
andr. l. c. de Lada, qui horum omnium
rinceps fuisse olim credebatur, scri-
unt, quòd etiam supra cavum pulverem
rsit, verit, ita quidem, ut arenis pen-
entibus nulla indicia vestigiorum reli-
uerit. Liene enim carebat. Addit in-
per ex variis *Autoribus* alia cursorum
solentiorum exempla, præprimis au-
em *Trogledytas* adducit, qui equis celer-
ores fuerint, & reliquas feras quoque
ùrsu superaverint. *Polymnestor* facilè
porem consequi potuit. Sunt etiam
ovi orbis incolæ quidam, qui cervum
ie integra (mirum dictu) sequantur,
onec lassitudine fessum capiant. Fides
t penes Autorem. Tàm agilis enim
ursu, ut dictis his non cederet, nemo
iet; & licèt centum Lienes illi eiman-
ur, ignavior potius erit eo exempto,
uia in sanguine stagnantes crassi & tar-
arei humores Liene absente ritè depu-
ari nequeunt, indeque innumera illi

ma-

mala nascuntur; quod splenetici & scco
cutici suo subinde damno experiunturr.

Et si cursus, uti multi censent, & m
deinceps etiam affirmabimus, videlic
Lieni tumenti prosit, non videmus, c
tolli debeat. Hic enim, cùm à succo c
pioso nimium turget & obstructus e
sicq; corporibus molestus sit, quoni
pondere suo vicinas etiam partes prem
& trahit, nec non ex hujus humoris m
litia & motu atque vaporibus respir
tio fit difficilior; vel à commotio
humoris in Liene fluctuantis pu
ctio lateralis percipitur, ea propter n
statim est eximendus, cùm absque v
jactura hoc non fieri queat: vel si fier
maximo cum sanitatis nostræ detrim
to fieret.

Ridiculum hisce annectimus, qu
vulgus nostrum credit. Hoc equæ, qu
do partus imminet, stat à latere, omn
curâ & diligentiâ in id incumbit, ut L
nem, in lingua pulli positum quem c
dit, extrahat, & Lienem ipsum se ext
xisse probat. Deinde extractâ ali

pe

portiunculâ carnis, Lienis formam quam præ se ferre aliqui affirmant, gaudium gaudent, & equum illum plurimùm deinde currendo valere, sanctè testantur. Sed hæc sunt suaves nugæ. Quomodo enim (obsecro) splen ad linguam perveniret, cùm nulla via seu meatus adsit. Hoc quidem non negamus, membranulam quandam aliam fronti adhærere, quæ copioso humore & viscositate abundat. Hæc membrana aliàs furor equarum, uno verbo, Hippomanes dicitur. Furor autem equarum dicitur, quia mater, dum lambendo accipit istam membranam, in furorem quasi adigitur, propter amorem ergà pullum. Si verò lambendo istam membranam non suscipit, non curat pullum. Unde etiam scorta illâ pro conciliando cujusdam amore utuntur.

Quamvis igitur Lienis excisio non planè impossibilis sit, attamen non necessaria est, nec etiam summo periculo caret. Dissuadent etiam nobilissimi & præstantissimi ejus usus, sine quibus

corpus humanum nec benè nutriri, nec bene conservari possit. Refragantur quoque ejus magnitudo & vasa, quorum mira ibi adest copia, & hæmorrhagiam imminentem lethalem minantur. Ri cusant partes, cum quibus magnum commercium habet. Lien ergò ad va letudinem sartam tectamve conservan dam adeò necessarius videtur, ut, si hh benè sese habeat, universum corpus plurimis morbis sit immune: sin mini fons & origo omnium ferè malorum quin non rarò ipsius mortis causa sit.

Et hoc, quod hactenus de exsectio Lienis admodum periculosa & pla non necessaria diximus, nobiscum etia sentiunt varii Medici & Anatomici d &tissimi ac acutissimi.

Calius Aurelianus l. 3. c. 3. Chronic. pp dicit: *Quidam etiam decidendum vel f ferendum Lienem ordinare ausi sunt, qu quidem voce dictum, non autem effe completum accepimus.*

Cornel. Celsus l. 5. c. 26. de Re Med *Quibus Lien*, inquit (subintelligo

fundo) *vulneratus est, vix ad sanitatem perveniunt, magis si prorsus auferatur.*

Tob. Knoblochius lib. Disp. Anat. 7. itidem Lienem ob præcipuam ejus cum præcipuis partibus connexionem excindi posse, constanter negat.

Levin. Lemnius l. 12. de complex. c. ult. ejusdem est sententiæ, statuitque hanc operationem sine vitæ periculo peragi non posse.

C. *Bauhinus Theatr. Anat. c. 43.* vulgo credidi, sed stultè Lienem cursoribus eximi, ait.

Vidus Vidius l. 10. de curat. morb. c. 10. ita hac de re judicat: *Quamvis Lien non numeretur inter partes, cujus vulnera statim mortem portendant, ejus tamen esse conditionis, ut facilè suas æritudines communicet ventriculo, jecinori & universo corpori, unde hydrops, Cachexia, elephantiasis, melancholia, aliaque gravissima affectiones, maxima ex parte ad interitum perducentes enascantur.*

Petrus Laurembergius Colleg. [illegible] *tom. Exercit. VII.* hæc absurda & [illegible] nia de excisione Lienis censet. [illegible] *la corporis*, inquit, *quantumvis igg bilis portio frustrà condita est à na ra. Ergò nec Lien. Parenchyma* [illegible] *dem Lienis tolli posse, supervive homine, testantur Rousſetus de po Cæsar. Aretæus d. morb. acut. Sch kius in Observ. at totum ejus syst exscindi posse vivo animali, mihi fit probabile: In illa excisione, fiet de venis & arteriis, copioso san ne refertis, quarum vel lævis mortem infert.*

Cl. *Conringius l. de generat. San mot. nat. c. 6.* ut & *Highmorus Disq. Anat. l. 1. part. 3. c. 3.* eandem senten defendunt. Anatomicus Illustris T *Bartholinus cent. 4. Histor. Anat. § 1.* quoque inclinare videtur. *Semper* [illegible] *ait, dubia fuit relatio de Lienis*

fone. Quippe ex Celso l. 5. c. 26. vix
d sanitatem perveniunt, quibus Lien
vulneratus, magis si prorsus aufera-
tur. Nobiles ejus usus dissuadent,
rui in sanguine acido depurando ver-
santur, & fermento pro totius inco-
lumitate, nisi vel pancreati, vel
epati, vel alii parti hoc officium re-
signet Lien: Præterea metus sangui-
nis imminet in excisione. Abundat
Lien arteriis ex cæliaca, & venis ex
ramo splenico, quibus recissis, sanguinis
ursus impeditus alias partes inunda-
vit, & ingens haemorrhagia provocabi-
tur. Adhæc tàm arctè per perito-
næi membranas, & vasorum Com-
mercium partibus vicinis annectitur,
ut sine metu inflammationis, & vici-
norum damno eximi non posse videa-
tur. Optandum tamen omni voto es-
set, ut tot malorum fomes extirpari
posset. Sed meo judio, parum profi-

ceremus, siquidem humorum praeter rum est vitium, qui illo ablato alia partem eodem damno inficerent. Scirrho tamen proficua foret illius ex sectio, ubi *pondere suo nimis est mol stus, & sæpè hydropem advocat.*

Anat. Reformat. l. 1. *c.* 16. fabulosa vulgi opinionem arbitratur, in cursoribus eximi & eximi posse Lienes absque vitæ periculo, quod nondum à quoquam visum aut literis mandatum, nisi *Plinio, Fluddo. Fiorovanta, Rousseto,* qui si veri sunt, pessimè sanè vixisse homines certum est, vel brevi post mortuos nobilissimi hujus visceris defectu, vel parte tantùm truncatos exteriori. Nam profundiora Lienis Vulnera pro lethalibus habenda ob arteriarum copiam consensum cum partibus principibus.

Paul. Zachias Quæst. Medic. leg. l. 8. *tit.* 1. *quæst.* 12. adeò morbis quoque obnoxium hominem inde evadere pu tat, ut ex hoc solo irregularitati fac subjiciatur. Et *Riolani* ἐπιφώνημα

ſt: *Qui Liene privantur, poſtea deteius & infelicius vivunt, quia ſanguine raſſo ut impuro aliter corpus, tantum abſt, ut ſint graciliores, & ad omnes corporis ctiones agiliores.*

Manet igitur noſtra ex Clariſſimoum prioris & noſtri ſeculi Medicorum c Anatomicorum votis unanimibus ententia vera ac ſtabilis, Lienem ſcilicet n corpore noſtro nobiliſſimi & maxini uſus eſſe, & ita ſine valetudinis jactua neutiquam abeſſe poſſe, ſed potius, i mala & vitia ei adhærent, convenientius medicamentis eidem ſuccurrendum ſſe cenſemus.

Hoc unicum etiam hîc addimus, uod *Orus Apollo in hieroglyph. c. 39.* cribit, quòd nimirum ii, qui frequenes hujusmodi ſectiones inſtituunt, caeſque eviſcerant, magna ex parte ſpleetici fiant; rationem addit talem, quia raves ex inciſo animali vapores Lienis aletudini inſidiantur. Ejusmodi ſanè apores, qui ex una & item altera ſectione attrahuntur, ſi non noceant, etiam

non prosunt, cum corporis nostri viscee ribus ac imprimis pulmonibus magi sint inimici quàm amici, & hominem non in morbum Lienarem, Phtisin ta men facilè præcipitare possunt. Quod verò olim Romanis caro canina nulli nocumento fuerit, hoc eorum feci consuetudo, quæ ipsis altera quasi natu ra fuit.

CAPUT VII.

Lienis Vstionem commonstrat.

USTionem in affectibus Lienis adhi buerunt quoque veteres, & nostr etiam seculo felici cum successu eam fuisse exercitam ex *Hier. Fabric.* ab *A quapend. Bauhinus* & *Mœbius* tra dunt.

De hac *Zacut. Lusitanus l. 2. Histor Medic. Princip. Dub.* 63. ita scribit *Sic in desperatis morbis, partes corpo ris nostri inurere candenti ferro, pri scorum sagacitas* ad invenit. *Quam*

di

do enim cum dolore & gravitate jecur vomicâ laborat, & carnea ipsa substantia vitiata ostenditur, purisque adest in tunica collectio, tunc adurere oportet, ex Paulo AEgineta l. 6. c. 47. Ita antiqui purulentum jecur adurebant, ut constat ex Hippocrate s. 7. aph. 45. Si ustionem contempseris, magna copia puris hepate concepta effunditur in ventriculum, ac tetro suo vapore suffocat. Verum verò hoc opus actuali an potentiali cauterio sit peragendum, explicat Hollerius in comm. cit. aph. Sic in longis stomachi defluxionibus, ferramentis candentibus mucronatis crustas moliri oportet, ex ipso c. 49. ejusdem libri. Et in c. 48. simili ferramento hepar plurimis crustis inurit, ut humor in intimo pertinaciter impactus liquetur, & per ulcera diu fluentia emanet. Accepit Paulus ab Hipp. l. de intern. affect. n.

26. *Hoc modo Andromachus & Archigines apud Aëtium tetrab. 3. serm. 4. c. 11. emplastra ex arsenico & alumine scissili, calce viva cum emollientibus spleni adaptabant, ut crustis excitatis virosus humor in profundo deliquescens extraheretur foràs. Securè super hanc partem ustiones celebrare poteris, nã Lien non est pars princeps, nec principium alicujus facultatis existit; quare Lienis vulnera non semper lethalia sunt &c. Confer. Marc. Aurel. Severinus in Pyrotechn. Chirurg. c. 43.*

Et Excell. *Herm. Conringius l. de generat. sang. & mot. nat. c. 6.* ita differit: *Ad ustio quidem in magnis Lienibus locum habet, unde & Hippocrati, Paulo & Albucasi commendatur, nostro seculo etiam felici successu est exercita, teste Bauhino: neque ratio abludit: Ita enim quàm maximè potest tolli aqua copia quâ intumuerunt.*

Hæc autem ustio duplici modo fit: ve

vel externè saltem in regione Lienis, vel internè, cute & musculis remotis in ipso Lienis parenchymate. Externè tumenti dolentique Lieni decem per fungos crustas inurit *Hippocrates l. d. intern. affect. n.* 13. *& seq.* Per ignitum verò ferrum urendi rationem exposuit *Paul. Æginet a l. 6. c.* 48. quæ est, ut per hamulos distentæ cuti, quæ spleni superjecta est, cauterium triplex tridentis instar alterâ infixum transuatur? ita enim sex justæ relinquentur crustæ. Quam omnem Chirurgiam ex *Hipp. l. de loc. in hom. n.* 36. imitari videtur *Paulus Ægineta.* Ex hoc verò *Avicenna l.* 3. *fen.* 16. *tr.* 1. *c* 7. & *Albucasis*, qui locum inurendum docuit fore illum, quo cubitus sinister pertingit. Hos sequuti sunt *Mercatus*, *Saxonia* & alii.

Internè Lienis parenchyma cursoribus uri prohibet *Rodericus à Fonseca tom.* 1. *consult. Medic.* 41. *Gothofred. Mœbius* verò *Med. Physiolog. c.* 16. ustionem hanc internè factam verissimo exemplo confirmat. Vidit ipse ante ali-

quot

quot annos Halberstadii apud Suecicum Chiliarchum, à Burstorff, Cursorem Tyllianum in prælio captum, qui singulis diebus novem milliaria Germanica pedibus conficere poterat, & ejus rei hanc dedit causam, quòd ipsi unâ cum aliis quinque juvenibus Lien ab Archiatro Tylliano, præmissâ potione narcoticâ, & apertâ priùs sectione eâ abdominis regione, ferro leviter candente ustus fuerit. Iste de side ejus rei dubitanti, ultrò Lienis regionem denudavit, & cicatricem à sectione residuam satis manifestam ostendit, addens præterea, quod unus de quinque sociis ex ustione ista mortuus fuerit.

CAPUT VIII.

Ad Lienis symptomata, & primùm ad ejus dolorem progreditur.

SUa porrò symptomata habet Lien. Interdum enim dolet, & quidem modò tolerabiliter, modò gravissimè, quod in Ma-

Matrona Hallis Saxonum obſervavit *Mœbius Med. Phyſiolog. c. 16. Petr. Foreſtus l. 20. obſerv. 7. in Schol.* dolorem hunc diſtinguit, dicitque, quòd quintuplex eſſe poſſit, ut pungens, à membranis affectis proveniens; perforans ſeu mordicans ab ulceratione; extendens à vapore flatulento; gravans à parenchymate affecto; & pulſans ab inflammatione & arteriis pulſantibus dependens. Interdum dolent muſculi hypochondrii ſiniſtri; qui dolor, quomodo differat à dolore Lienis, ibidem pariter notat *Foreſtus*, qui videatur.

Nonnunquam etiam propter coli inteſtini annexionem & accubitum Medici cum ægris falluntur, neſcientes, utrum dolor is colicus aut ſplenicus ſit. Dignoſcuntur autem, quòd hic ſit gravis & fixus in una parte, maximèque ſiniſtra: ille verò diſtendens, acutus mobilis, & totus venter à flatibus diſtendatur.

Accidit lateri ſiniſtro dolor punctorius, isque acutus, qui ſæpius inflammationem mentitur. Hic cùm ſuperiora petit

petit, diaphragma similiter afficit, unde difficilis respiratio accidit. Ad diaphragma enim, quemadmodum *Bartholinus* & alii exercitatissimi Anatomici testantur, parte suâ membranosâ alligatur, hancque, uti diximus, præ parenchymate admodum sensilem obtinuit. Interdum à connectentibus fibrillis costarum ejusdem lateris persentitur dolor, cumque extenduntur, unà pleuram trahunt, tumque inter respirandum punctorii dolores molestissimi sunt. Arguit autem ejusmodi dolor Lienem non parvum, non siccum & induratum, sed magnum & succulentum: arguit præterea humorum affluxum, æstum & flatuum præsentiam talia siquidem pondere suo atque vi dolorem inferendi vim habent. Succedit etiam nimiis potationibus, risui nimio & cursibus vehementioribus. A scirrho etiam idem dolor obrepere potest tumor namque, qui in parte carnea est extendit vincula. Quamvis enim indolens putetur scirrhus, expers tamen doloris non est, sed comparativè tantùm

itu

ita dictus, siquidem obtusus, gravativus, lentus, diuque durans animadvertitur.

Cum reni sinistro peculiariter fibrillis aliquibus annectitur etiam Lien, evenire potest, ut attollente se viscere hoc, dolor nephriticus oriatur.

CAPUT IX.

Lienem variorum morborum & symptomatum aliarum partium per consensum esse scaturiginem demonstrat.

LIen malè affectus totius corporis œconomiam turbare, plurimasq; partes in consensum trahere valet. Imò quòd dixt *Hippocrates* de utero, quòd fœminis sexcentarum ærumnarum autor sit; idem nos de Liene asserere possumus, quòd infinitarum ferè calamitatum faber existat. Dum enim archeus seu natura Lienis aut suo aut alieno errore malè administrat officium suum, cruda coctis, crassa tenuibus, sicca humidis,

dis, salsa, acida & adusta dulcibus domi-
nantur, Διαχώρησις accidit humorum,
omnia in pejus ruunt, partium symme-
tria destruitur, angitur cor, obnubila-
tur cerebrum, dejicitur appetitus, coctio
diminuitur, nutritio depravatur, sensus
& motus in partibus debilitantur & torr-
pescunt, unde enumerata non minus
mala, quàm scabies, ulcera maligna, va-
rices oriuntur, & quando nulla fit
πνευμάλωσις, sed ciborum μόλυνσις
perdurat, scorbutus ac alii gravissimi af-
fectus admirandis symptomatum my-
riadibus stipati eminent. Et quamvis
interdum minus in vitio esse credatur
Lien, eò quòd actionis suæ vitia in se ip-
so expressa non generet, attamen ipse
cum mediante sua tinctura non ita quos-
cunque humores excrementitios in san-
guine coquit, fermentat, & ita dispenit
ut in singulis emunctoriis convenienter
expurgari possint, vel etiam jam morbifi-
cos non emendat, horum malorum lar-
gissimus promus condus est. Quamdiu
enim aut non admittunt, aut pellere de-
se ma-

se mala possunt viscera, vix inuri ab eodem stigma sibi aliquod patiuntur. Adeò laudabilem corporis colorem præ se ferunt quam plurimi hypochondriacorum & scorbuticorum, ut ne ægrotare deprehendantur, nisi & ipsi, quid patiantur, indicarent.

Viæ, per quas humores aut vapores vitiosi à Liene ad caput, cor, ventriculum, intestina, renes, uterum & alias partes ferantur, per quas etiam Lien se exoneret, sunt communissimæ. Motus verò causæ morbificæ, & ejus ad hunc vel illum locum inclinatio particularis, quin naturæ robur & consuetudo, tum partium recipientium imbecillitas faciunt, quo minus atque ex arte prædixerat Medicus, symptomata præcitata sequantur. Hinc non omnis vomitus & alvi fluxus sanguineus est exitiosus, sed convenit, ut ex *Hippocrate* & *Galeno* videre licet. Ut autem eò melius hæc intelligantur, affectus & symptomata præcipua, quæ corporis humani ventribus tàm supremo

quàm

quàm medio & infimo, ac partibus etiam externis oboriuntur, nec non in Liene primum radicem potissimum habent, im sequentibus *capitibus* paucis contemplabimur.

CAPUT X.

Ventris supremi in corpore humano affectus & symptomata, quæ à Liene ortum trahunt, enarrat.

CIrculationis lege, ut *Sect.* 1. diximus, Lien per ramum splenicum cum variis corporis partibus, etiam remotissimis insigne habet commercium. Hic sanguinem vel purum, vel pro statu Lienis impurum recipit, deinde per venam portæ & cavam ad hepar & cor revehit, sicuti aortæ mediante dicto ramo splenico ferè à singulis partibus sanguis advehitur, qui pro constitutione Lienis aut vitiosus manet, si talis advehitur, aut vitio Lienis corrumpitur, licèt bonus transmissus fuerit. Quare si Lien officium

cium ſuum deſerit, nullam partem in corpore noſtro à crudelitate hujus viſceris in corpus noſtrum ſævientis vacantem inveniemus; adeò qudem, ut ſine ulla injuria fundi noſtri calamitas dici poſſit. Nam depurandi hoc ſanguinis munere ſi fruſtretur Lien, gravia & multa inde emergunt & ſuſcitantur ſymptomata.

Totum caput & cerebrum, licèt à Liene ſint ſatis remota, graviſſimè tamen ejus culpâ poſſunt affici, & in varia ſymptomata præcipitari.

Hunc cerebri conſenſum cum Liene, & inde variorum ſymptomatum ortum diligenter *Hippocrates l. 2. prædict.* notavit: *Quibus ſanguis è naribus profluit, etſi alioquin ſani videntur, iis tamen aut Lienem tumidum, aut caput dolere, aut ſplendicans quiddam ante oculos obſervari comperies. Magnâ verò ex parte unà & caput & Lien hunc in modum ſe habere videntur. Quibus Lienes magni, iis gingiva vitiantur,*

& os grave olet. Cornelius Celsus de Re Med. l. 2. c. 6. verba hæc ita explicat: *Quibus sæpè ex naribus fluit sanguis, his aut Lien tumet, aut capitis dolores sunt, aut quædam ante oculos tanquam imagines observantur.* Item *qui gravedine ex capite laborant, non facile Lienis incurrunt magnitudinem aut tumorem*, ait *Hippocrates l. 6. de morb. vulg.* Etenim interprete *Fœsio* destillationi aut gravedini obnoxii pituitoso, tenui, aquoso, & plurimo crudo sanguine, non crasso, feculento & melancholico, uti Melancholici, abundant.

Melancholiam ex hypochondriis à Liene non rectè constituto sæpè nos observavimus; quod plurimorum quoque *Autorum* testimoniis confirmari potest. Modum verò quò hæc fiat, egregiè nobis explicat Cl. *Ioh. Theod Schenckius Dissertat. de trib. coct. c.* 10. § 13. Nimirum crassus & à fecibus suis in Liene non satis depuratus sanguis per venas cordi remissus, & per arterias delatus in cere-

brum,

brum, ibique non ritè in venoſos ductus tranſumptus, ſed circa anaſtomoſes ſtagnans, ſpiritus inquinat, & eorum puritatem contaminando, naturalemque temperiem alterando, melancholiam excitat φόβῳ καὶ δυσθυμίᾳ, triſtitiâ & metu, ἄνευ φανερᾶς αἰτίας, absque manifeſta cauſa terrificam.

Morbum comitialem ſeu epilepſiam cum melancholia conjunctam à ſplene ortam vidit *Nic. Tulpius l. 1. obſerv. Medic. 9.* in juvene. *Lien in eo*, ait, *à turgido atræ bilis fermento jam tumidus, diffudit ilicò ex ſe vapores cerebro tàm inimicos, ut juvenis protinus concideret in vehementiſſimos morbi comitialis inſultus, excitatos non tantùm à cauſa interna, ſed ſubinde quoque ab externa. Nam preſſa vel ſolo digito regione Lienis, contrahebantur ilicò omnes nervi, & ſequebatur confeſtim miſerabilis univerſi corporis diſtentio, lædens iteratis ſuis circuitibus*

uſque

usque eo mentem jam aliquoties labe
factatam, & cum primis vim ipsiu
Imaginatricem. Et Cl. *Sennertus l.*
part.5.s.1.c.4. Med. Practic. meminit
virum hypochondriacum epilepticum
factum, tandem etiam cœcum eva
sisse.

In aliis sævissimi capitis dolores, ver
tigo, apoplexia, mania, ὀδοντάλγια
Phytalismus & alia à splene orta sym
ptomata deprehenduntur.

Varices in Lienosis non rarò sub lin
gua & inferioribus labiis visuntur, quo
rum meminit *Sennertus* in *lib. de Scor*
but.c.5. itẽ dentes corroduntur, vacillan
vel planè etiamore excidunt. Oris ulcu
cula in ejus modi temperaturis, item
stulæ in maxillis videntur. Sic *Gothofre*
Moebius Med. Physiolog. c. 16. in nob
Matrona palati tumorem, qui apertu
fœtentem materiam emittebat, obse
vavit, cui demùm cancer lividis spar
ramulis cum summo dolore succed
bat; qui tamen, cum esset incipien

san

sanatus est. Confer. *Benedict, Sylvatic. Cent.* 1. *consult. & respons. Med. observ.* 19. *Laz. River. tom.* 2. *prax. s.* 5. *c.* 5. *Hoefer. l.* 3. *Hercul. Med. c.* 3.

Hos horrendos Lienis insultus totum caput ac cerebrum patiuntur, cum vitiosus sanguis illis infertur. Ille enim sanguis, cerebro qui cessurus est in alimentum, purus, quantum possibile est, esse debet.

Sanguis namque, qui est in homine, ut *Hippocrates l.* 1. *de morb.* loquitur, maximam partem ad prudentiam confert; quidam totum dicunt. Hinc â Liene mentis acumen & sagacitatem proficisci vulgò dicitur, & Lienosi pro ingeniosis habentur. Lien enim cum cerebro per nervos intima habet commercia. Spiritus animales in magna copia ad Lienem per nervos fluunt, ut tinctura nobilissima horum beneficio in eo elaboretur, ac universa sanguinis massa, si non unâ vice, crebriore tamen transitu, illustretur. Hic sanguis Lienaris, bonus tamen, ad cerebrum delatus, spi-

ritus

ritus animales exacuit, eosdem segnes
rigit, ac ad motus pernices irritat.

CAPUT XI.

Ventris medii in corpore humano affectus & symptomata, quæ Liene primum autorem agnoscunt, profert.

COr à Liene laborante facillimè consensum trahitur, nec ab ejus solùm obstructionibus & tumoribus verùm à vaporibus etiam pravis & malignis ad istud exhalantibus palpitat; quæ exempla apud *Zacut. Lusitanum l. 2. Med. Princ. Histor. obs. 39. Petr. Forestum* 17. *observ. 5. Eugalenum observ. Mead* legimus. Sic etiam notante *Tulpio Observ. Med. 19. Adriano Roestio*, præ &o marino, excitavit) induratus L. tàm algidum malæ sinistræ torporem nullis remediis potuerit calor iterum cutem evocari. Unde paulatim ob deri cor incepit, & à tetro malignæ b

ha

halitu tàm frequentes productæ sunt palpitationes, ut æger tandem inciderit in lethalem gangrænam. Et Cl. *Moebius l.c.* in virgine, ut & in viro nobilibus hujusmodi palpitationes gravissimas observavit.

Respiratio quoque læditur, & dispnoea oritur à tumente Liene, pondere suo diaphragmatis, cui alligatur, motum impediente. Anhelare Lienosos omnes observavit *Helmontius Tract. de Asthmat. & Tussi* §. 59. dum præsenio defungi Lien incepit. Tussim etiam aridam, Liene affecto, provenire nos cum *Donat. Anton. ab Altomari de medend. corpor. human. mal. c.* 47. statuimus. Et ipsa Phthisis nonnunquam excitatur, cum scilicet Lienis infirmitates & obstructiones eam ipsam salsedinis, acrimoniæ & impuritatis labem sanguini communicant, quam postea naturâ vel ex morbo imbecilles pulmones facilè suscipiunt.

CAPUT XII.

Ventris infimi in corpore humano affectus & symptomata, quæ causam radicalem in Liene habent, exprimit.

HEpar plurimas calamitates Lieni fert acceptas, ejusque vitio intemperiem, obstructiones, hydropem, icterum flavum, nigrum, aliaqua symptomata incurrit, sanguine existente crassiore, nec satis à Liene ope & beneficio suæ tincturæ cocto ac fermentato. Imò rarò Liene afflicto hepar ob vicinitatē manet immune: licèt hepar sæpè laboret, Liene optimè se habente. Et hæc causa est, quare Lienosi idem in dextro quoque hypochondrio non minus intumescunt, quàm in sinistro. Inflato nempe Liene, flatulentus ille humor sæpe pecamum splenicum in ipsum hepar dimanat: unde & vena splenica cum ramis suis, & ipsum hepatis viscus in tumorem agitur. Interdum etiam accidit, ut a-

qua-

qua, quâ Lien tumet, nunc in articulos delapsa arthritidem creet, nunc verò per vesicam excernatur. Id verò nisi fiat, permanens aqua in venis unà cum sanguine aut ê naribus erumpit, aut verò in hepate remanens dextrum præcordium tendit atque attollit. Ejus rei plurima apud Autores prostant exempla. Ab ictero invetrato diuturniore, teste *Vesalio Fabric. corp. hum. l. 5. c. 9. Prosper. Marcellus* Florentiæ mortuus, habuit mollem ingentemque Lienem, cum jecore magno, duro & viridi.

Hydrops non semper ab hepate affecto, sed sæpius quoque à Liene laborante oritur. Nam præstantissimi Medici ac Anatomici, & inter eos *Vesalius l. c.* in hydrope Lienem vitiosum, hepate planè salvo, deprehensum fuisse testantur. Atque Cl. *Sennertus l. 3. part. 6. s. 2. Med. practic. c. 3.* in hydropico quodam & simul scorbutico, omentum corruptum, Lienemque pravè dispositum, hepate salvo vidit. Præterea *Hippocrates* etiam *2. progonostic.* docet, hydropem aliquan-

do ab hepate aliquando ab ilibus orirī
Galli ſacerdotis Bononiæ in xenodochio
aquâ ſubtercutem mortui Lienem vidiit
Veſalius l. c. exiguum eumq; albidum. Si-
mile exemplum habet *Joh. Frideric. Tra-
ſelman* apud *Schenckium*. In hydro-
pe, Porrò lapidoſum omninò Lie-
nem *Foreſtus*; intus inſtar ſanguinis
putrefacti *Schenckius*; vitioſum, veſicu-
laſque ei adnatas *Platerus*; intumeſcen-
tem, ſcirrhoſum & durum, itemque
corruptum, & ſimilem pici liquatæ *Ri-
verius* obſervârunt. Unde patet, non
omnem hydropis ſpeciem ex ſumma hæ-
patis imbecillitate aut intemperie per-
petuò generari.

Icteri ſeu arquati nigri ortum Lienis
vitio non immeritò *Autores* adſcribunt;
quanquã *Platerus tr. 3. l. 1. c. 2. prax.* id ec
argumento neget, quòd nulla ſit ex Lie-
ne in venam cavam via; quam tamen ex
Liene per ramum ſplenicum in venam
portæ & conſequenter in cavam ſatis
patentem invenimus. Civem quoque
Patavinum tribus annis in carcere de-
tem

tentum, & tandem hoc affectu mortuum aperuit *Vesalius*, & vidit in eo Lienem exiguum, sed aridum & impensè durum, uti *l. 5. c. 9. Fabric. corp. hum.* legimus.

Ventriculus â vicino Liene non benè constituto graviter interdum afficitur. Hînc malè coquit, appetitus est plerumque prostratus; id quod hypochondriaci & scorbutici maximo suo cum damno quotidie experiuntur. Imò humor melancholicus nigricans in Lienis vasis restagnans sæpè vasa p.n. aperit, & in ipsum ventriculum sese effundit, & quidem per transudationem è tunicis magis, quàm veram effusionem in ipsum cavum stomachi, cùm vas breve in hoc manifesto hiatu non terminetur, sed intra ventriculi tunicas potius obliteretur, ubi vel per vomitum, vel per alvum egicitur.

Hoc in Cive quodam Jenensi se vidisse asserit *Mœbius l. c.* Hic per aliquot septimanas singulis diebus humorem instar atramenti nigricantem vomitu re-

rejecit, simul de dolore hypochondrii sinistri conquerens: quo affectu, emaciato pedetentim corpore, tandem etiam obiit, frustra multis tentatis remediis. Sic etiam Cardinalis *Cibi*, cujus meminit *Valverda*, sanguinis vomitione defuncti ventriculus, Liene compresso, turgescebat, & è contra, compresso ventriculo, Lien turgere deprehendebatur. Et Nobilissimus quidam in Dania Vir, sexagenarius, referente *Thom. Bartholino cent.* 3. *Histor. Anat.* 36. vomitum cruentum perpetuum patiebatur, inque magna copia per statas vices sanguinem rejecit à Liene, nullo vitæ aut valetudinis damno, sed salutari evacuatione. Supra trigesimum annum eo commodo gavisus est, sanusque hominem dio vixit, & si subsisteret, vitæ suæ incolumitati timuit.

Intestina Lienis impetus interdum etiam patiuntur; interdum verò per Lienis salubriter exonerat. Sic enim scribit *Hippocrates sect. 6. aph.* 43. *Quibus Lienosi difficultate intestinorum cor-*

ripi-

ripiuntur, iis superveniente*m* lon-
gam dysenteriam aqua intercutem &
lavitas intestinorum excipit, & mo-
riuntur. Nimirum, ut Galenus in
comm. explicat, quibus longo tempore
Lien induruit, iis superveniens dysen-
teria malum solvit, ratione traslatio-
nis, & evacuationis humorum crasso-
rum, melancholicorum, qui in Liene
infixi erant. Si tamen immodera-
tior sit dysenteria, labefactantur pra-
vorum humorum transitu intestina,
& cùm vires ipsorum, tùm calidi in-
nati συμφυτα in venis & visceribus
pereant, hydrops & Lienteria oriuntur
Et aph. 48. sic differit: Lienosis diffi-
cultas intestinorum superveniens, bo-
num. Hoc est, ut Licbautius apud
Holler. in comm. super hunc aph.
exponit: Lieni humore melancholico
pleno, deplendo, salutaris est dysente-
ria, non ea quidem, quæ est ab atrabile:

ea

ea enim lethalis esse consuevit : non ea, quæ est cum ulcere intestinorum, nisi forsan ab humore melancholico fuerit, qui diuturnâ morâ putredinem & à putredine acrimoniam quandam acquisiverit, aut qui acri humori permixtus, acris evaserit : Cujus acrimoniæ vi atque impetu ulcus in intestinis suo transitu excitari potest; qualis dysenteria salutaris quoque Lienosis futura est, si modò diu non perseveret ; non ea, inquam, quæ longa est : hæc enim hydropem aut lienteriam invehit, sed ea quæ cruenta est, & quæ diu non perseverat.

Pancreas, Liene affecto, ut ait *Nathan. Highmorus Disquisit. Anat. l. 1. part. 2. c. 8.* vix aut nunquam integrum evadit; plerumque enim simul obstruitur vel scirrho afficitur. Hînc forsan *Riolanus Anthropograph. l. 2. c. 16.* pancreas, cùm in morbosis ac melancholicis corporibus Lienis affecti vice fungatur

gatur, vel etiã morbis Lienis ſimiles effectus incurrat, Lienem vicarium appellat: Quod Cl. *Thuani* exemplo docet, cujus jecur, aperto cadavere, deprehenſum eſt induratum, rotundum, inſtar ſphæræ factum, & transfixum gypſeâ pituitâ, ſevum referente; pancreas verò amplitudine ſuâ, & pondere ipſum hepar æquavit, totum ſcirrhoſum, multis globulis ſpecie ovi columbini refertum, Lien verò exilis fuit, ut vix unciam ponderâſſet. Imò, quod majus eſt, pancreas affectum graviſſima ſymptomata, ut Lien, proferre ſolet, veluti: tabem, febres, ſcirrhos, abſceſſus ſteatomata, hydropem, vomitum, inquietudines, vigilias contumaces, lipothymiam, convulſiones, in fœminis paſſionem hyſtericam, aliosque perniciosiſſimos affectus, qui ex hoc fonte, quaſi ex pandoræ pyxide ad perniciem humani generis non infrequenter erumpunt, teſtibus *Fernelio de part. morb. & ſympt. l. 6. c. 7. Joh. Riolano. Anthropolog. l. 2. c. 16. & Fabric. Hildano cent. 1. obſerv. Chir. 71.* Sic

miserrmium pancreatis suppurati exemplum legimus apud *Nic. Tulpium. l. 4. Observ. Med.* 33. In juvene quodam, quem quasi natum ad miseriam, ductâ jam formosissimâ uxore, febris quartana, paucis post annis in eas, contra morem aliorum hominum, redegit angustias, ut nequiverit unquam in cubili quiescere, nedum, urgente etiam vel maximâ dormiendi necessitate, sive nocte, sive die somnum capere, nisi vel pronus consideret in sedili, vel caput in lecto haberet sublime, interdictâ ipsi quasi omni decumbendi copiâ; corpore enim vel minimum, sive retrorsum, sive in alterutrum latus inclinato, vix dici potest, quàm acerbos ilicò persentisceret dolores cùm in lumbis, tùm in ventre, quorum cruciatibus quâlibet febris accessione tàm miserandum in modum excarnificatus fuit, ut oppressus miseriis, ne dicam enectus, non invitus tandem è vi a discesserit, f. ctâ Medici copiâ inquirendi in naturam luctuosorum symptomatum, quorum effrænatis

insul-

insultibus ne *Hercules* quidem par fuisset. Invenit autem Anatome jecur inflammatum, intestina vitellina, ventriculum verò atrâbile perfusum, eandemque in turgidis omenti, ac multi jugis Lienis venis, quarum congeriem vas breve perperam vocant, adeoque copiosam, ut coram omnibus digito inde experimeretur: in varicosis vasorum spermaticorum anfractibus, vesiculisque sub vesica positis, ob exectum alterum testem, plurimum stabulabatur seminis. Sed potissimam ad miracionem movit pancreas supra infraque ut extuberans, ac turgidum, sic intus sordido pure ac viscida pituitâ impendio nimis infarctum. Cujus pondere depressis occlusisque venæ cavæ, ac arteriæ magnæ tunicis, visceri huic suppositis, ut emarcuit juvenile hoc corpus genio suo defraudatum, sic excitavit contumax ipsius obstructio summas illas præcordiorum angustias, quæ comitabantur quasi unq; febris accessiones; in calescente procul dubio putridâ hujus vi-

viſceris proluvie, ſive ab incendio febrili, ſive à pulvinorum calore, cujus vapores deinde in ventrem, ſpinalem medullam, cerebrumque delatos, ecquis non videt excitâſſe dira illa ſymptomata, quibus corpus hoc quotidie fuit exagitatum.

Suppurato ergò pancreate, vel obſtructo ſaltem eo, atque ipſo adeò retentis excrementis intumeſcente, tot paritèr vaſis compreſſis, & hepar & Lien gravibus damnis afficiuntur, quemadmodum exemplum ex *Tulpio* adductum luculenter monſtrat. Et licèt ſæpius contingant hepatis Lienisve affectiones pravam malam pancreatis conſtitutionem inſequi, non raròt. men contrarium evenire, experientia docet. Hoc in nobili fœmina nuperrimè *Highmorus* obſervâſſe ſel. c. ſcribit, quæ annos retroplures, convulſionibus, epilepſiâ & paſſione hyſtericâ laborabat, & tandem poſt dolores & cruciatus exquiſitos, vitam cum morte comutavit. Apud *Eundem* paritèr

quoda Lugdunenſi refer-

tur

tur, qui nihil dormire potuit, sed cùm dormire conaretur, in lipothymiam incidebat, donec tandem mortuus; aperto corpore, pancreas, integris salvisque cæteris partibus, duntaxat repertum est abscessu putrefactum. Imò in cadavere profratris Cl. *Blasii Nic. ab Owinga* 14. annorum pueri, lentâ morte extincti, à Practico exercitatissimo *Barbette*, aperti, ut ipse *Blasius Comm. in Veslingii Syntagm. Anat. c.* 4. scribit, hepatis Lienisve constitutio naturalis omninò observata est, cùm tamen pancreas hoc verum, non minus quàm illud *Aselii* in mesenterio, scirrhosum omninò, maximæque molis fuerit, accedente, & præteralia plurima, intestinorum hînc indè coalitu, nec non gangræná verâ.

Affectus hypochondriacus, scorbutus, cachexia, & ex hisce pallor faciei seu color ex pallido fuscus, aliaque gravissima symptomata maximam quoque partem à Liene p.n. se habente proveniunt. Nihil enim frequentius in hisce, quàm ut de sinistri hypochondrii dolore gravati-

vo

vo conquerantur. *Bello armatus* insigni *Ictus* apud *Vesalium l.c.* annis multis pallidus & Lienosus à Medicis judicatus mortuus, & sectus à *Vesalio*, habuit mollem magnumque Lienem. Interdum in scorbuto præsertim, plurima symptomata ex vitio Lienis simul in uno ægro occurrunt. Ante aliquot annos in viro quodam generoso Saxone splenetico & de sinistri hypochondrii dolore conquerente vidit *Mœbius l.c.* maculas scorbuticas, arthritidem vagam cum variis hinc inde in partibus musculosis prorumpentibus, cordis palpitatione, melancholiâ, vigiliis, appetitu prostrato & dyspepsiâ. In hisce autem affectibus Lien afficitur una pars similaris, temperata, ratione componentium partium, quatenus hæ à temperie solita desciscunt, & intemperatæ evadunt; ut dissimilaris & organica, ratione meatuum vasorumque: arteriarum, quibus maximè abundat, obstructione, quæ in causa est, quominus attrahantur in debita quantitate succi sanguinei depurandi; venarum, quæ allatum

per

per arterias sanguinem limosis terrestrib⁹ atomis non defecatum, revehere partim non possunt, partim revecto, ceu miasmate quodã, inficit totam sanguineam massam, quæ iterum ad partes per arterias delata, variorum hujusmodi symptomatum est autor.

Quoad substantiam itidem Lien afficitur, quatenus restagnans depurandus sanguis & motu peregrino subsistens fermentatur, depravatur, adeoq; distendit membranas splenicas, dolorem gravativum subinferens. In apricum scilicet prodeunt, quibus segregatio debebatur, excrementitiæ moleculæ, salso-acidæ acriores evadunt, sicque totum funditus penetrant Lienis fungosum corpus, ut interdum subaugescens in tumorem elevatus fuisse observationibus constet.

Renes non leve à Liene patiuntur incommodum, dum tartarus & acida salia volatilia ab eo non probè admodum beneficio suæ tinctura præparata in his stagnant, & tunc, quoniam crassiores hujusmodi scoriæ adhuc in

sanguine hærent, excerni nequeunt, in
deque plurimorum malorum causæ nob
bis oboriuntur, quemadmodum etiam
præstantissimi Medici vel ad unum omn
nes uno consensu nobiscum idipsum
approbant. Interdum urinæ nigricant
tes atramento similes, testibus *Hippocra*
te l. 3 *Epid. s.* 3. *t.* 10. *Zacuto Lusitano l.* 2
Histor. Medic. Princip. Dub. 63. & *Iob*
Rhodio cent. 3. *observ. Medic.* 31. excer
nuntur.

Tumentibus hæmorrhoidibus, fluxu
que hæmorrhoidum immodico in Lie
nosis nihil frequentius. Quæ, si tumen
tes aperiantur, magnum auxilium Lie
præbent. Hinc melancholicum mor
bum etiam incipiens hæmorrhois plc
rumque prohibet & jam effectum remo
vet, secundum effatum *Hipp. s.* 6. *aph.* 1
Melancholicis & Nephriticis hæmorrhoi
des supervenientes bono sunt. Hoc est: Me
lancholicos affectus & renum mala cu
rant hæmorrhoides succedentes, id est
sponte naturæ prodeuntes. Neque enim
sunt excitandæ, nisi sit consuetudo. Eas

tum

rum nempe consuetudo mala est, sive multùm, sive parùm fluant, ut scribit *Holderius in comm. in hunc aph.* Immoderatum etiam earum fluxum Lien sanat, cum scilicet ipse corroboratur, atque omni infirmitate liberatur.

Uterus tandem in fœminis Lienis peccata quoque luere tenetur. Liene enim obstructo, sanguis crassior ac feculentior ad uterum vehitur, menses subsistunt; & exinde interdum fœdi colores virginum & mulierum aliaque symptomata oriri solent. Sic vidua quædam apud *Petr. Forestum l.* 28. *observ. Med.* 9. ex mariti obitu ita tota mœsta & melancholica evasit, ut in maniam ferè incideret, adeoque ut sanguis crassus, multus & melancholicus ob crassitiem humoris ejusdem non solum uteri vasa obstruxerit, quô minus menses fluerent, verùm etiam in toto corpore abundare cœperit, Lienis obstructione accedente: quod & dolor in hypochondrio sinistro perceptus indicavit, maximè quôd tempore autumnali *Forestum* consultum veniret,

ret, quo videlicet tempore humor illi magis abundare consuevit, virginem etiam nobilem splenecticam novit Moebius &c. quæ menses difficulter & cum dolore emittere solebat.

CAPUT. XIII.

Febres, quarum fons Lien est, commemorat.

Quartana febris hîc suam fixit sedem. Vix aliquis diuturnâ febre quartanâ & nulla arte medicabili detinetur: quin vitium sit in Liene, ut antecedens & consequens, inquit *Ballonius l. 1. consil.* 107. Antecedens est infirmitas in substantia latens, indeque exorta κακοχυμία. Consequens est infirmitas ex morbo aliquo precedente contracta. Unde & vel durante eâ, dolor Lienis; vel cessante, is etiam succedit, vel tumor, durities, hydrops, aliaque symptomata sequuntur, qualia exempla collegit *Petr. Forestus in observ. suis Medicis. Galenus 1. aph. comm.*

12.

2. similiter statuit, splenicis & omninò melancholicis quartò quoque die fieri accessiones, nimirum quartanarum febrium. Quæ doctrina fuit *ipsius Hipp.* ut constat *ex l. de nat. homin. & sect. 2. Epid. s. 1. t. 24.* Nullam tamen febrem sine bile oriri accensa prius, probat & operosè explicando defendit *Prosper. Martianus in comm. de nat. hom.* cum scribitur: οἱ πλείστων πυρετῶν γίνονται ἀπὸ χολῆς. Febres magna ex parte, à bile oriuntur, ut, σύνοχος, ἀμφημερινὸς τριταῖος καὶ τεταρταῖος.

Helmontius tract. de Febrib. c. 6. t. 9. Lienem sub quartanæ torturis tolerare multa, docet, ut nigræ & retorridæ bilis cloaca fieri queat. Sedes autem, subjungit, non est in Lienis corpore, sed in arteriis, si non in omnibus, tantùm in aliquibus, cum hoc viscus præ reliquis frequenti arteriarum propagine sit ditatum.

Clarius Lienem Quartanæ focum negat *Gremsius l. 2. de natur. febr. c. 2. pag.* 401. Cùm Lien in illa non inflammetur,

tur, neque detur humor melancho
cus. Volunt autem ambo, causam ec
chyli aciditatem in splene, qui quart
næ est exlex, inibique archeum in fur
rem convertere, propterque digestio
nem propriam vitiatam multa in cor
grua produci. Verùm alia etiam præ
ter bilem ἔγκαυσιν febrilem suscipere
possunt. Motu frigidissima etiam incal
escunt. Febris nulla fit, non affecto cord
eique non prius communicato fomite. S
febris non est calor, inflammari prius Li
en non debet. Lien verò quà suum archæ
um, quà vitiatam digestionem & in corn
grua producta est fomitis quartanæ
subjectum, ipsis etiam assentientibus
Σύῤῥοια μία, σύμπνοια μία, καὶ συμ
πάθεια πάντα, confluxio una, conspi
ratio una, consentientia omnia Lienem
eximi vetant. In universum, viscera
febres progenerant; cumque actio hu
jus visceris circa ejusmodi humorem
δυσκρασίαν febrilem versans negari non
possit

posſit, & Lienosi â quartana frequentius corripiantur, perque eandem libeentur, uti teſtantur *Hippocrates ſ. 5. ph. 70.* & *Galenus comm. 3. in 1. Epid. t. 4.* Lienem febris ejusdem fontem præciuum eſſe, omninò arbitramur.

Nec hujus tantùm quartanæ febris, erùm aliarum etiam tùm ſimplicium, ùm compoſitarum febrium fons & ſcaurigo eſt Lien, niſi ipſe probè ſuo funatur officio, talemque tincturam geneet, quæ ſanguinem purum ac laudabiem reddere, cunctiſque viſceribus noum robur ac ſingularem vigorem imertiri posſit.

CAPUT XIV.

Externos quosdam corporis humani affectus à Liene provenientes producit.

ELephantiaſis, Cancer, ſcabieſque ſicca ſua itidem primordia è Liene ucunt. *Veſalius l. c.* in elephantiaſi labo-

borante turgidiorem majoremque in
perit Lienem.

Ulcera tibiarũ & varices Lienis vitii
ſuppûllulare multi atteſtantur. *Hi*
pocrates l. 2. prædict. ait : *quibus Lien*
magni ſunt, neque ſanguinis eruption
contingunt, neque os graveolet, in
biis ii mala ulcera habent & nigras cic
catrices

Cl. Nic. *Tulpius l. 2. Obſerv. Me*
30. cenſet hæc ſigna à veteribus co
memorata indicare magis humoris m
lancholici putredinem, quàm Lienism
gnitudinem auctã. *Atrâ quippe bile, a*
circa Lienem putreſcente, vitiatur n
tantùm os, ſed erumpunt utique varic
& læduntur tantoperè crura, ut memi
rim vidiſſe in anu quartanaria, à putri
hac bile ultra viginti ulcera, non min
profundè cruribus impreſſa, ac ſi cand
ea inuſſiſſet ferrum. Verùm quôd iſt
ſanguinis vitium à Lienis vitio pro
niat, plus ſatis notum.

Celeber. *Sennertus Tract. de Scorbu*
meminit cuſtodis templi in arce Wit
bec

erg ēsi, quòd ei scorbutico vena in medio ferè crure sponte aperta fuerit, quæ anguinem satis copiosum per aliquot ies fuderit, ut à chirurgo sisti non poerit.

Dolores artuum vagi in scorbuticis, iene suo officio non ritè fungente, fæissimè occurrunt. Fiunt autem, quando eccans materia scorbuti in vaporosa ubstantia cum tenuibus humoribus ermixta, diversimodè hûc illûc in huano corpore movetur, & potissimum ensibiles articulorum partes afficit.

ANATOMIÆ LIENIS

SECTIO IV.

Quæstiones quasdam singulares ad Lienem spectantes ventilat.

CAPUT I.

Quæritur (1.) *An Lien semper sit sedes & causa Melancholiæ?*

Affe-

AFfectus melancholici perp
am Lieni malè habenti ve
gò adscripti sunt ex falsa hyp
thesi, quâ Lien credebatur recepta
lum melancholiæ: quæ sententia ve
plurimorum, si juxta ipsorum mente
capiatur, corruit pridem, imprimis po
sanguinis circulationem inventam. I
terea tamen non omnis melancholia
Lienem relata est, ne à veteribus quide
Notissimum enim cuivis existit, qui no
est planè hospes in arte, melancholia
aliquam primariam statui (præter h
pochondriacam) quæ sedem suam
cerebro habeat; ubi ergò Lien neq
quam præ aliis viscеribus sit labefac
tus; sic quoque alia melancholia qu
dam universalis statuitur, ubi massa sa
guinis universa vitiata est; atque hîc
iam Lien præ aliis viscеribus haud
cessariò affectus est; sed & ipsa mel
cholia hypochondriaca dicta, ut & af
ctio speciatim hypochondriaca appe
ta, à plurimis pridem excellentissi
Medicis, *Sennerto*, *Ionstono* & aliis,

tii

etiam ante sanguinis circulationem admissam, non Lieni duntaxat, sed & hepati, mesenterio, omento, quin & ventriculo (cui soli sedem primariam mali in affectione hypochondriaca attribuit *Highmorus*) transcribi consuevit. Sic quoque dari melancholiam uterinam, notissimum est. Nihil ergò mirum erit, sæpe numero in ipsis melancholicis affectibus Lienem nequaquam labefactatum offendi. Quare etiam celeberrimus *Francisc. de le Boë Sylvius Disp. Med. 5. de Liene §. 7.* in cadaverum humanorum ex variis morborum generibus defunctorum longè ultra centum à se dissectorum examine atque observatione valdè est miratus, nullum viscus sa cor excipiat musculosum (fibrosum dixerit potius) minus offendi labefactatum ipso Liene; etiam in affectibus melancholicis, perperam Lieni vulgò adscriptis. Item in affectibus melancholicis, etiam diuturnis, & post multorum annorum vexationem ad mortem usque ægros comitantibus, in cadaverum plu-

rimorum perſcrutatione, innoxium ,, plerumque præ cæteris viſceribus ſa ſanum vidit Lienem, non inflatum, m induratum, non obſtructum. Nunqu certè omnis melancholia à Medicis tionalibus ad Lienem refertur, nec m lancholicorum affectuum quorumcu que ſedes & cauſa ab ipſis in uno Lie conſtituta eſt.

Si vel unum duntaxat *Platerum*, ſſe ciſſimum Practicum cum ratione exp derimus, videbimus melancholi quandoque induci per cauſas extern eamque graviſſimam, ut loquitur ip deterioremque ferè quàm illa, quæ interna cauſa evenire ſolet, ægerrim curabilem; ſic melancholia gravis ac d turna quandoque ex timore exorit ſic gravis & diuturna ex terrore obor ob viſum ſuſpenſi hominis cadaver; melancholia fœminæ aliquando in cta, ad deſperationem eam adigens, qu nubere alicui coacta fuiſſet, quem i nolebat; ſic melancholia aliquando ſp aclotypiam oborta; vel ob conſcien

que

quemcunque cruciatum; vel ob solam imaginationem metumque alicujus periculi concepti; vel ob pudorem & verecundiam ob commissum errorem: quaedam exempla affectuum melancholicorum extant apud *Platerum*, tùm in *l.* 1. *Med. Pract. defunct. las. c.* 3. tùm in *observat. etiam l.* 1. quæ certè nequaquam à *Platero* ad Lienem referuntur.

Ejusmodi generis & illa melancholia est, quam memorat *Platerus l. c.* ex invidia oboriri, quâ cor, ut dici solet, rodatur. Talis accidit iis, quos ambitio inanisque vexat gloria; ac qui amore sui ipsius (philautiâ capti, stulta multa & ludicra jactabundi dicunt, & faciunt: quæ eleganter in milite glorioso sub persona Thrasonis & Pyrgopolinicis in comœdiis suis ostenderunt Comici. Melancholia ergò oboriri potest, cùm innoxius, ac præ cæteris visceribus sanus videtur Lien, nec ullo modo inflatus, nec obstructus invenitur.

Ad idem quoque melancholiæ genus delirium illud Alchymistarum, ut voca-

Platerus, refertur, qui lapidem illl
Philosophorum tanto ardore quæt
tes, etsi laborum & impensarum ja
ram se facere videant, nihilque effice
vel alios effeciſſe cognoscant, tamen
indefesso labore non remittunt. I
les verò tunc maximè suum producu
affectum, cùm solos se sapere sibi p
suadent; at alios omnes, qui Chymia
ignorant, tùm Medicos, tùm Philo
phos planè rudes esse & inexpertes o
nantur.

In sanguinis insuper massa talis e
potest disposítio, ut materiam fermen
idoneam non habeat, nec adeò mat
riam suggerat Lieni in fermentum co
vertendam, sed tota transeat per Lien
meatus, Liene ipso visibili nullo affec
laborante. Pororum laxitas ac substa
tiæ habitudo talis etiam Lieni quand
que obtingere potest, quæ sanguini
quoque sedimentum transmittit, ne
materiam fermento idoneam relinquit
quæ tamen disposítio non facilè sens
externo discernitur, si saltem nulla sen

sũ

ni vel inflatio, vel induratio, vel obstru-
ctio appareat.

Certè multiplex experientia in Pra-
ticorum observationibus obvia satis
st, quæ Lienem quandoque inflatum,
el induratum, vel obstructum ostendit:
c ratio evidens, quâ concipimus, quan-
oque evenire posse, ut citra inflatio-
em, vel indurationem, vel obstructio-
em, ex vitio tamen imperceptibili sen-
i, non fiat in Liene, quòd alias fieri na-
uraliter consuevit; hæc utraque ne-
essitatem imponit statuendi ac sen-
endi, non rarò vitio Lienis continge-
, ut sanguinis conveniens fermentatio
edatur. Atque ita usum Lienis confir-
at *Thom. VVillis l. de Fermentat. c. 5.*
uòd viscere malè affecto, sanguis aut
rmentescat nimis, uti in affectibus
orbuticis aut hypochondriacis; aut si
ien sit obstructus, vel scirrhoso tumo-
obsessus, sanguis idoneâ fermentatio-
e destituatur, atque hydrops, cachexia,
t tympanites inducatur. Nec dubi-
re porrò quisquam cum *Marcello*

Malpighio de viscer. structur. Exerc. Anat. de Liene c. 6. debet, in quibus luxuriat plus justo Lienosus liquor, in hi ichores exaltari, & sales fixos liberiorr reddi, hosque in palati & oris regione in crura & consimilia copiosius constitu ere, vel per urinam deturbari, & interdum in interioribus cavitatibus congestione vel irruptione factâ, ascitim excitare.

CAPUT II.

Quæritur (2.) An Lien pro vero proprio subjecto in quolibet scorbutico haberi possit?

AUtores plurimi qui de scorbuto libros scripserunt, Lienem primario affectum esse, & ex hujus solius læsione reliqua incommoda omnia dependere crediderunt, imò pro hoc, tanquam pro aris & foeis certârunt. Cùm verò non levia circa horũ opinionem occurrant dubia, quæstionem hanc formam

nobis placuit ; cui tamen ex toto calculum noſtrum non ſubjicimus. Et quamvis craſſi & feculenti ſanguinis reliquiæ, Lieni p.n. ſe habenti, communiter inhæreant, ipſaque autopſia demonſtret, ipſum tartareorum feculentorum & ſalinorum humorum ſaburrâ obſeſſum univerſo corpori maximo eſſe nocumento, accuratiſſima tamen exquiſitiſſimorum Anatomicorum ac Medicorum perſcrutatio in cadavera hoc morbo extincta, longè aliud nos docet, ut meritò illam opinionem omnibus ferè acceptã, nõ ita ambabus manibus amplectendam eſſe cenſeamus. Cl. *Sennertus l.3. med. pract. part. 5. ſ. 2. c. 2.* in cadavere ſcorbuto extincti aperto, omentum quidem totum ferè putridum & corruptum, in Liene verò nihil, quod quantum ad ſenſum culpari poſſet, deprehendit. Et *Petrus Foreſtus l. 20. obſervat. 11.* in quodam Hollandiæ præſide magis hepar quàm Lienem affectum fuiſſe diligenter annotavit. Sic etiam *Reuſnerus Exerc. 4. de ſcorbut. pag.* 199. & 200. Viri eu-

jusdam hepar corruptum, callosum ὀδαλόχλοον, & ad depurationem sanguinis in idoneum vidit: Lienem vero more, magnitudine & colore cum hepate sano certantem. Imò *Gregor. Horstius* ipse, qui Lienem πρῶτον παίχ[ην] *in suo Tract. de scorbut. s.* 2. §. 8. statuit scorbuticum quendam se vidisse, *tom.* 2. *l.* 7. *observ.* 4. meminit, cui jecur totum scirrhosum ac tuberosum interius atque exterius fuit, nec quidquam vasorum ve sanguinis exhibuit. Lien verò tripl major quàm secundum naturam esse sc let, optimè sanus visus est, parenchym jecoris colore sat rubeo, nec non subs stantiâ carnosâ referens. Item in No bili quodam Bavaro, viro 36. circiter an norum ætatis, corpulento, lassitudin spontaneâ, maculis lividis nigrescentri bus in ulcera degenerantibus, in crurib bus ac brachiis affecto, quæ omnia lon gè antè gingivarum sanguinolentia & exulceratio præcesserat, ita ut non dubi tandum, quin scorbuto confirmato la boraret, in quo post mortem Lien quo

que

que sat inculpatæ constitutionis ſ. viscus sanguineum referens, inventus fuit. Et Cl. *Thom. VVillis Dissertat. Epistolic. de urin. c. 4 pag. 353.* post plurium scorbuticorum cadaverum dissectionem multoties observavit hepar aut cystin felleam in culpa fuisse. Invenit enim in nonnullis hepar prorsus exangue & instar uberis vaccini exsiccum: in aliis vesicam bilariam prorsus vacuam & inanem, in aliis lapidibus obsitam, in aliis amurcâ minimè amarescente repletam; Lienem verò optimè validum & sanum.

Conclusionem ergò hîc à particulari ad universale facere non possumus; & per consequens Lien neque primariò, neque semper & in omni scorbuto κατ' αὐτοπάθειαν afficitur, & propterea subjecti proprii nomen minimè sibi tribuit. Interim & sæpius contingit, quod Lieni forma humoris specificè corrupti imprimatur, sicque scorbutica διάθεσις inducatur, cùm tamen τὸ πρῶτον διεθὲν sive primum subjectum ejus non semper sit.

CAPUT III.

Quaritur (3.) An in affectibus Lieniss potius in ſiniſtro quàm dextro latere vena ſit ſecanda?

DE loco, in quo in affectibus Lienis ſit ſecanda vena, diverſæ ſunt Autorum ſententiæ, *Galenus l. 2. ad Glaucon. de art. curand. c. 2 l. 13. meth. med. c. 10. & l. de curand. rat. per venæ ſect. c. 16. Guil. Placentinus in Summ. conſervat. & curat. c. 119. & 122. Sylvaticus controverſ. med. 42. Sal. Albertus l. de ſcorbuto §. 240. Platerus tom. 3. med. Pract. l. 2. c. 4. Ronſeus de magn. Lien. c. 8. Foreſtus l. 20. obſerv. 11. VVierus l. de morb. incogn. & de ſcorbut. pag. 11. Franc. Valleſius controverſ. Med. & Philoſoph. l. 7. c. 5. Spigelius Fabric. corp. hum. l. 8. c. 14. & Riolanus l. 2.*

an-

anthropolog. c. 13. defendunt partes, & in sinistro brachio sanguinem esse mittendum ob majorem lateris sinistri cum Liene consensum & sympathiam suadent.

Verùm *Thaddæus Dunus l.* 1. *art. evacuand. rat. per venæ sect. c.* 3. *Reusnerus de scorbut Exer.* 7. *Sennertus instit. med. l.* 5. *part.* 2. *s.* 1. *c.* 17. *l.* 2. *de febrib. c.* 19. *& Gregor. Horstius tom.* 2. *l.* 7. *tractat. de scorbut. sect.* 2. §. 11. prærogativam hanc Lieni minimè concedunt, sed & in dextro brachio venæ sectionem utiliter institui posse scribunt. Et rectè ac dextrè quidem. Venæ enim sinistri lateris æque ac dextri ex uno fonte deducuntur, nimirum è cavæ venæ trunco. Iam sive in sinistro, sive in dextro brachio vena secetur perinde est: Utrumque enim unico gaudet fonte, unicum habet truncum, per quem sanguini ad scendendum erit. Vid. *Meth. rational. curand. Camilli Raven. c.* 41. *pag.* 318.

Qualis verò eligatur vena, indicationes monstrabunt. Secari tamen plerumque solent basilica, Mediana, cephæ-

phalica, salva tella, saphæna, poplitea, pollicaris, venæ labiorum & hypoglottidum &c. procujuscunque scilicet indicantis ratione. Et hoc modo sæpius unâ fideliâ (ut commune habet proverbium) duo parietes dealbari possunt.

CAPUT IV.

Quæritur (4.) An Salvatellæ sectio in affectibus Lienis eam, quæ vulgò jactatur, utilitatem habeat?

DE venæ Salvatellæ sectione, & usibus, qui ex ejus sectione proveniunt, Medici itidem inter se discrepant, alii, ut *Galenus de curand. rat. per sang. miss. c.14. Alex. Trallian. l.8. c.12. Oribasius Collect. l.7. c.7. Aëtius tetrab. 1. serm. 3 c.12.* eam imprimis in affectibus Lienis prodesse dicunt. Idem statuunt Mauritani plurimi, & venæ hujus sectionem valdè commendant, non solùm ad Lienis, sed aliarum partium morbos, unde

nde etiam nati versus *Schola Salernitanæ c.*103.

Ex salvatella tibi plurima dona minuta:
Splenem, hepar, pectus, vocem, præcordia purgat,
Innaturalem tollit de corde dolorem.

Alii hanc opinionem impugnant, qui, licèt concedant, ubi in cubito majores venæ non apparent, has venas secari posse: hoc tamen negant, quod Lienis affectibus peculiariter prosint. Interquos est *Horatius Augenius, qui l. de miss. sang. c. 6. scribit: Quid parvarum venarum sectio amplius faciat, quod magnarum efficere non potuerit?* Et postea addit: Etsi affectus Lienis juvantur hoc auxilio, quando magnarum venarum incisio, fieri non potuit: tamen non æque, ut magnarum venarum juvare duplici de causa: primò, quia distantiores sunt à partibus affectis: deinde quia parvæ venæ sanguinem crassum e-

vacuare nõ possunt. Imprimis v. idurgeet *Augenius*, quòd illi, qui salvatellæ sectionem laudant, nullam ejus rei rationem reddere possunt, sed experientiam saltem prætendunt. Ipse verò ait, se istam experientiam cognoscere non potuisse, imò potius hoc observâsse, eam venæ sectionem multis nocuisse.

Habet quidem sectio hujus salvatellæ suas laudes, ac in variis affectibus summa cum utilitate institui potest; velut nos etiam civem quendam Embdanum in febri tertiana ex ejus sectione magnum auxilium percepisse observavimus: verùm ei peculiarem quandam prærogativam, quòd sinistra sit, attribuere, autopsia anatomica repugnat, cùm nullam cum Liene, vel ejus ramo splenico habeat connectionem (quemadmodum testes *Aretæo l. 2. de acut. morb. curat. c. 2.* eam ad Lienem usque pertingere nonnulli putârunt) sed iste ramus à cubiti venis propagetur. Experientia quoque in hac sectione sæpius fallax est. Nam ut sit certa experientia, & ut omnis effec-

&tus

ctus alicui auxilio adscribatur, ipsum solum usurpatum fuisse necessarium est. Nam si plura simul inusum trahantur auxilia, atque aliquis effectus inde subsequatur, cui is tribuendus sit, dubium est. Id quod etiam in sectione salvatellæ locum habet, Nam si alia plura præcesserunt remedia, & postea salvatella quoque aperiatur, atque æger indè melius habeat: certè soli salvatellæ apertæ effectus is asignari non potest.

Nec obstat, quòd *Vallesius l. 7. Controvers. c. 5.* novam adducat rationem, quòd scilicet membra secundum rectitudinem excrementa sua deponere, & exponere soleant: quia maximè dubium hoc est, cum excrementa vergant ad sua receptacula, si dantur, sin minus, ad partes imbecilliores decumbunt, Hâc ratione dextram corporis partem ad glandulas ejusdem lateris post aures, circa alas & inguina sua excrementa exonerare concedimus. At venarum alia est ratio, quæ distribuuntur in totum corpus, & per consequens etiam in extremi-

tremitates, non ut excrementa deponant, quod fit per accidens, quia accidit, ut sanguis p.n. impuritate laboret, sed ut sanguinem à nutritione superfluum ad cor reducant. Adde, quòd eadem supereſſet difficultas; quomodo enim Lien magis ad salvatellam ſiniſtræ manûs quàm dextræ deponeret excrementa ſua, cùm æqualiter unaquæque tàm à jecore quàm Liene diſtet. leg. plura apud *Joh. Baptiſtam Sylvaticum Controverſ.* 43. *Zacut. Luſitan. l.* 1. *Medd. Princip. Hiſtor.* 14. *Adr. Spigel. l.* 5. *Fabric. corp. hum. c.* 7. *Sennert. l.* 2 *d. Febrib. c.* 19. & *Paralipom.* 23. *ad l.* 2. *de febr. c.* 19. *Horſtium tom.* 2. *l.* 7 *tract. de ſcorbut. ſ.* 2. §. 11. &c.

CAPUT V.

Quæritur (5.) An hæmorrhoidum & Menſium provocatio affectibus Lienis conveniat?

EVacuatio ſanguinis vicaria interdum pro venæ ſectione ſubſtitui poteſt, nimirum tunc temporis, ubi fortaſ-

ſis

is natura ſubjecti magis hæmorrhoi-
dum vel menſium provocationem, quàm
venarum inciſionem ſuadet. Si igitur vel
ob conſuetas evacuationes ſuppreſſas vel
alias ob cauſas materia peccans eò ver-
git, naturæ ſuccurrendum per illa reme-
dia, quæ ad hæmorrhoidum menſiumq;
reſerationem faciunt, quia commodiſſi-
mè per illa loca ducitur materia pec-
cans, ad quæ ſuâ naturâ vergere videtur,
ut ex *Hippocrate ſ.* 1. *aph.* 21. colligere
licet.

CAPUT VI.

Quæritur (6.) *An Lienoſis uſus aceti conducat?*

VIdetur, quòd non; cùm enim teſte *Galeno l.*4. *ſimpl. med. c.*12. ejusmodi vires acetum habeat, ut juxta *Mercatum l.*6. *de febr.* gignendo melancholico ſucco ſit accommodatiſſimum, conſequens erit, illud ipſum Lienoſis minimè convenire: cui ratio *ejusdem Mercati l.*1. *de morb. intern. curat. c.*17. ſuccedit, ſimilitudo ſcilicet aceti & melancholiæ,

cu-

cujus respectu intempestivus acidorum usus melancholiam generat. *Hippocrates* etiam *l. 3. de vict. acut. t.* 38, acetum melancholicis adversissimum esse scribit:

Contra *Galenus l. II. meth. med. & l. 9. de medicam. comp.* K. T. *c.* 7. Lienosis acetum convenire manifestis verbis asserit; ubi spleneticis medicamentis aliquid aceti commiscendum esse statuit. Hanc *Galeni* assertionem Practicorum plerique sequuntur, usum aceti Lienosis concedendo, non simpliciter, sed quatenus acetum desiccat, attenuat, & crassitiem ac viscositatem incidit.

Mercurialis l. 3. de morb. med. c. 22. pro quæstionis hujus decisione notat, quòd melancholicus humor possit augeri à medicamentis vel alimentis dupliciter, vel secundum qualitatem solam, vel secundum substantiam: primo modo acetum auget melancholiam, eò quòd faciat aciditatem, quæ est propria melancholiæ, sed non secundo, quia hac ratione potius diminuit eandem, qua-

quatenus aciditate sua penetrat, obstructiones dissolvit. Hæc *Mercurialis* sententia ut magis intelligatur, distinguendum venit inter melancholicum sanguinem, qui secundum naturam generatur, & inter impuritates varias, ex quibus obstructiones & scirrhi Lienis nascuntur: illum quoad qualitatem auget acetum; has verò dirimit & dissolvit.

Nos potius pro quæstionis hujus intellectione inter aceti usum modicum ac tempestivum, & inter immodicum & intempestivum distinguimus. Modicus ac tempestivus aceti usus Lieni gratissimum pabulum est, eum corroborat, ac humores crassos & viscosos in ipso stabulantes incidit & dissolvit. Immodicus verò & intempestivus ejus usus, cùm vigilias inducat, intestina lædat, humores exaltet ac fermentet, atque præterea corpus exsiccet atque refrigeret, Lienosis & scorbuticis utique adversatur; & in specie mulieribus magis bellum indicit acetum quàm viris; utero enim dolorificum est

CA-

CAPUT VII.

Quæritur (7.) An Lienosis & Scorbuticis fontes aciduli conveniant?

IN affectibus spleneticis & scorbuticis, ubi optima medicamenta interdum nihil valent, fontes aciduli, sapore subacescentis vini longè gratissimi, multum auxilii præstant, quatenus scilicet incidunt, dissolvunt, obstructiones tollunt, acrimoniam humorum obtundunt, & visceribus affectis robur addunt, prout mineram ferri sulphurisque maxima ex parte præterfluentes, ejusmodi virtutes imbibunt, ut ob spiritus illorum metallorum sibi unitos varios & admirandos in humano corpore effectus producant.

De virtutibus ejusmodi fontium acidulorum in affectibus hepatis, Lienis ac aliis contumacibus egregie scribit *Felix Platerus Quæst. Medic. 87. pag. 158. 159. Aquas illas naturâ acidas multis profuisse experientia testatur,*

tur, cùm multi ex obstructionibus viscerum malum corporis contrahentes, cachexiâ diutinâ laborantes, & quibus hydropis imminebat periculum, harum potu restituti sint, multis, quibus muliebria defecerant, harum usu revocata fuerint. Et quibus alvi constipatio familiaris, sitis præter naturalis inordinata, prostrata appetentia, aliaque, quæ bilis præsertim afferre solet incommoda, negotium facessebant, melius post illarum usum habuerint. Quibus sabulum, arenæ, calculi in renibus aut vesica congesta, nephriticos dolores pepererant, postea ab illis liberi & immunes facti sint; & præsertim quibus illuvies fœda, biliosa, putris, maligna, in venis mesaraicis coacervata, diuque retenta, varia accidentia, quæ melancholiam hypochondriacam, epilepsiam, febres intermittentes, præire, minari, atque procreare

creare solent, induxerat, potu acidu-
rum, per diarrhœam, quam illæ ple-
rumque movere solent, excussa, mani-
festeque in ipsis excrementis subcine-
reis & subnigris apparente, ab ejusmo-
di gravibus affectibus, quorum prælu-
dia jam senserant, liberati fuerunt. Ali-
liqui quoque scabritie & psorâ infecti,
ulceribus cacoëtheis & malignis infe-
stati, balneo harum aquarum curati
sunt.

CAPUT. IIX.

Queritur (8.) *An in Lienis ac hepatis*
Obstructionibus chalybis usus
prosit?

IN affectibus Lienis ac hepatis mul-
tùm celebrari chalybem & veterum
& recentiorum observationes abunde
testantur. Quomodo verò, quave vir-
tute aut energiâ tale præstet officium
controvertitur. De temperamento e-
jus non levia occurrunt litigia. Non-
nulli illum temperatum, alii frigidum
al-

alii calidum & ficciſſimum eſſe, atque ideò in his affectionibus minus convenire volunt. Alii pondere partes obſtructas permeare, & ita ab infarctu liberari vaſa contendunt. Alii abſtergendi & aperiendi vim habere ſtatuunt, atque ſic mucoſas obſtruenteſque particulas eliminari volunt, cùm humores à parte, cui adhæreant, quaſi abradat. Alii peculiarem cum humore melancholico & aduſto habere cognationem, atque ideò illum ſeu attrahere, ſeu imbibere, & cum eo uniri autumant, cum bilis atra ſeu melancholia vitriolatæ naturæ ſit particeps, & ferruginei quid ſapiat, quæ cum craſſiori chalybe unita per alvum exturbatur. Alii illum adſtringere; calorem & humorum effervescentiam reprimere; atque ideò in dyſenteria perutile haberi remedium. Alii illum deſiccare, ulcera agglutinare. Alii alvum turbare, vomitumque ciere; alii vomitum ſiſtere, ac reprimere contendunt. Adeò ut non leve ſit negotium determinare, an conſultius illi fecerint,

qui

qui in dyſenteria & hæmorrhagia (utt
ſtatur fluxus) chalybis ſuaſerunt uſum
an qui in viſcerum & meſenterii obſtru
ctione, ut fundantur humores & reſe
ta vaſa infarctus exturbent ſuos, uſum
iam ſuadent chalybis. Sine diſcrimi
à Medicis præſcribitur, & experien
approbat uſum; hepatis etenim Lien
que obſtructionibus aperiendis primiù
utilis eſt. Quare ad affectionem hyp
chondriacam, ſcorbutum, hydropem
cachexiam in mulieribus ex menſiu
obſtructione, aliisquè pertinacib
Lienis & hepatis obſtructionibus ort
morbos probatum eſt remedium, & m
ritò ob id magnifaciendum. *Plinius Hi
ſtor. Nat. l.* 34. *c.*15. inter alia de chal
bis uſu ſcribit: *Propinatur contra Li
enis vitia; abſumit enim illa. Pau
Aegineta de Re Med. l.*3. *c.*49. *aquam
in qua extinctum candens ferrum,
potam ſpleneticis competere*, ſcrib
*Dioſcorides l.*5. *c.*53. *Lienoſis auxili
ri. Aëtius tetrab.*3. *ſerm.*2. *c.*11. *Li
vo*

nosis præstantissimum esse remedium, ait, *aquam vinum aut poscam, in quibus ferrum extinctum fuerit, per multos dies sumptam.* *Oribasius Synops. l. 9. c. 24. cæliacis & Lienosis multùm conferre* autor est. Et *Rhases Lienis tumoribus utilem esse* scribit. Quæ omnia & posteriores Medici confirmant, & omnes uno ore ferrum & chalybem Lienis obstructionibus prodesse testantur. Atque inter eos *Jul. Cæsar Claudinus Respons. Medic. 29.* scribit, *proprium melancholiæ hypochondriacæ alexipharmacum esse chalybem, quoniã continuus illius usus semper felicem finem in agris sit assequutus: siquidem in reserandis obstructionibus, in quibus omnis melancholiæ curandæ cardo versatur, nulli medicamento cedat* *Mercatus* etiam *de morb. mulier. l. 2. c. 6.* refert, *tantam esse chalybis naturam & efficaciam, ut magnos etiam Li-*

enis & uteri ſcirrhos perſanâſſe viſum ſit. Et *de intern. morb. curat. l.* 1.. *17. Incredibili efficaciâ affectioni hy pochondriacæ chalybem prodeſſe, e experimento eſſe confirmatum, in omnibus ferè affectionis hypochondriacæ cauſis uſum chalybis commodum eſſe, ſive in fœminis ex utero, ſive eis, ac viris ex ventriculo, meſenterio jecore, aut ſplene obſtructis, aut quolibet humore obſeſſis malum oriatur.*

Chalybis hujus egregium uſum hisce affectibus illuſtrat hiſtoria, cujus mentionem facit Celeberr. *Rolfincius* 2. *conſ.* 7. Magni nominis Melancholicus ex mentis perturbatione, viſo epileptico interram deſubito proſtrato, hac ſpecie depravatæ imaginationis laborans, quòd non poſſet in arce ſua degere ſine magnis cordis anguſtiis, peregrè autem profectus nihil mali ſenſit. Hic nullis juvantibus aliis, ſolo uſu pilularum aloeticarum, cum croco Martis nigro

& ſpeciebus diarrhodon per multas ſeptimanas ſingulis ferè diebus ſumptis liberatus, his ſolis ſalvam valetudinem adſcripſit.

Fluxus deinde omnes, hæmorrhagiam & dyſenteriam ſtypticitate ſuâ facilè cohibet etiam chalybs. Inteſtinorum lubricitatem & laxitatem conſtringit, poros conſtipando ſudores reprimit; hæmorrhagiam ſiſtit; aperta vaſa reſtringendo conſolidat, expectorationem prohibet, cùm vaſa cohibendo anguſtiora reddat.

Quomodo autem chalybs diverſos hos effectus præſtet, no pauci ſunt, qui dubitant; cùm hi planè contrarii ſint; & partim frigoris partim caloris comites. Sed meo judicio, nulla eſt dubitatio, & variis modis illi poteſt ſatisfieri. Quid enim mirum, ſi diverſos effectus promat chalybs, cûm multa alia reperiantur medicamenta, quæ diverſis & penè contrariis qualitatibus ſunt prædita, ob diverſitatem partium, è quibus conſtant. Conſtare autem diverſis & he-

terogeneis partibus chalybem, ac non frigidis tantùm, sed etiam calidis, vel imo de constat, quòd ferrum ipsum, è quo conficitur, eas in se continet. Ac de frigidis quidem nemo dubitat, cùm ex *Galeno* & *Aristotele* terreum sit, & suam consistentiam à frigore habeat. De calidis autem patet, tùm quia etiam ipsum ex *Paulo*, *Actio*, *Dioscoride*, *Avicenna*, *Halyabbate* & *Rhaje* ventrem solvat, & scirrhos Lienis dissipat; tùm quia ex *Galeno* omnia metalla plurimam substantiam igneam habent, ut nos putamus, ob sulphur, quod in sui compositione recipiunt. Quod si igitur in ferro calidæ partes sunt, cur non & multò magis inerunt in chalybe, cùm ab igne adurente, cujus vi è ferro conficitur, eas maximè vigorari, nemo possit ire inficias; sed & illud dici potest, quod aperiat & detergat chalybs, non habere illud à calore, sed id fieri ratione vel adstringentis, quâ pollet, facultatis, vel exiccantis. Nam adstrictionem non parùm facere ad reserandas obstructiones, ex eo confir-

mari

mari facilè potest, quòd videlicet ex adstrictione roboratæ partes facilius meliusque materiam morbificam vincunt & superant; quæ autem vehementer exsiccant, ea evacuant quoque insensibiliter, ita ut jure merito de chalybe etiam affirmari possit, obstructiones tollere, quatenus exsiccando, humiditates excrementitias obstruentes absumit.

Facultate autem suâ styptica potissimum vicem remedii obtinere chalybem testatur etiam Cl. *Highmorus l. de affect. hypochondr. c. 9.* quorum scilicet vasa interiora cuncta, aut partis alicujus particularis præcipua nimium relaxata, totius massæ redundantiam recipiunt, atq; inde debilitantur, vicinas partes gravant, & debitam circulationem retardant. Hæc vitrioli styptica constringit rursus & contrahit, ut æquali proportione ad singula vasa derivetur sanguis, atque hoc modo singulis partibus proportionatus communicetur & sanguis & calor, ac vasa excretioni dicata redundantiam illam ac onus proprium modò in majori il-

nternis contentum ſuſcipiunt, debitc
tempore excernunt, non quòd obſtruc
reſeret, ſed quia nimium relaxata cc
ſtringit chalybs. Quomodo verò cl
lybs corrigatur, ac alia etiam medic
menta utiliſſima ex eo ſint præparand
quomodo item exhibeatur, & quando
uſurpandus, lege apud *Sennertum l.*
Med. Pract. part. 5. ſect. 1. c. 6. Jul. C
Claudin. in appendic. de ingreſſu ad infir
ſect. 2. & Paul. Zachiam l. 1. c. 21. de affec
hypochondr.

CAPVT IX.

Quaritur (9.) Num etiam moderata
quædam ambulatio Lieni ſit con-
ducibilis?

QUòd moderata quædam ambulatio Lieni maximè conducat, *Plautus in circul. act. 2. ſc. 2. v. 29.* tradit; ita enim ille:

Lien directu' ſt P. A. ambula, id enim Li
eni optumum' ſt.

Et hoc etiam alii cum *Plauto* conſen tiunt. Curſus etenim in morbis ſplen quibusdam adeò ſtrenuè juvare depre

h.

henditur, ut etiam *Aëtius Amidenus* se alios noviſſe referat, qui ſolis curſibus ac deambulationibus ab omni affectione ſunt liberati.

Theod. Priſcianus, & ante eum *Aretæus* geſtationes adhibendas voluerunt in ſpleneticis. *Item*, teſte *Mercuriali de art. Gymn. l. 5. pag.* 250. ſpleneticos curſum debere appetere dixit. Et *Aëtius l. 3. ſerm. 2. c.* 28. curſum Lienis tumores deprimere ſcribit.

Plutarchus in vit. Demoſthenis ex aliorum relatione hoc ſequenti quoq; confirmat hiſtoriâ: *Laomedontem quendam Orchomenium ſplenaticum & cachecticum, cui à Medicis præſcriptum fuerat, ut crebrâ & contentâ ambulatione curſuque uteretur, ſi à morbo hujusmodi liberari volebat, adeò currendo levatum eſſe, ut ſummus curſor evaſerit, obque id auſus ſit ad certamina aggredi, in quibus coronâ victores donabantur.* Atque ita Anatomia hæc

Lig-

Lienis paucis à nobis tradita est ; Sum
mo ergò nostro Opifici sit laus, hono
atque gloria in æternum!

FINIS.

Errata emendanda.

Pag.9.l.27.leg.acquirente.p.29.l.6.lec
sanus.pag.34.l.10.leg.Synonymia.l.11
leg.locum.l.26.leg. αἱματώδης. p.36
13.post throni del. &p.41.l.17.leg.aa
fect.p.44.l.11.post lutulentorum leg.
luviem.p.46.l.25.leg.Lienosum. pag
47 l,16 leg.trifidum.l.26.leg panarolu
p.48.l.17.post Romæ leg.legimus.p.4
l.5.leg. Vesalius, item corp.p.66.l.2
leg.viscus.p.72.l.2,leg.consortii.pag.9
l.10.leg.conturbato.l,11.l.concreta.l.2
leg.Fabric.p.101.l.17.leg. fluore. p.13
l.19.leg.filamentorum.p.155.l.10.le
tàm in.p.288.l.16. del.in ; adde post e
currente, sed etiam in extremis capsul
sinu

ſnibus, nam ; ubi del. non. p.199.l.10. leg.hyponchondriacâ. p. 204. l. 26. leg. phyſiolog.p.230. l.12. leg. fiunt. p. 237. l. 21.leg.attollatur.p238.l.2.leg. audaci°. p. 286.l.18.leg.ſanguin ẽ.l.22. leg.fermenti p 307.l.18.leg.digitum.p.300.l.4.leg. aquas.l.25.leg.interdum.p.361. l.8.leg. deſtillatione p.364.l.26.add.lib.4.p.364.l. 17.leg. oleaginoſus. p.371.l.25. poſt Et leg. *Galenus l.1.ad Glauc. c.*14. p. 402. l. 26.leg. critica p.405. l.2. leg. Phlegmones.p.413.l.5.leg.ſteatomatis.p.419.l.17. leg. genua.p.449.l.5.leg.quidem. p.452. l.17. leg. ulcuſcula. p.501.l.3. leg. convenire. Reliqua, quæ per abſentiam Autoris huic Libro irrepſère, benevolus Lector facilè corriget.

